25 Oxon ss. Edmundus Towneley generosus filius et heres Nichol Towneley armigi defunct queritur de Roberto Hartley in custod Marr Marese domine Regine coram ipsa Regina existeñ, pro eo videlicet quod cum idem Edmundus ex matrimonial coniugio p̃dci Nichol et Anne vxoris eius iuxta iura Ecclesiastica inter ipsos Nichol & Annã celebrat verus legitimus & indubitatus filius eiusdem Nichol ex legitimo thoro concept existit & secundum leges regni dicte domine Regine nunc Anglie vt filii9 & heres ipsius Nichol de diuersis terr, tenementis & hereditament ad annuum valorem ducentarum marcarum et amplius seisitus existit in dominico suo vt de feodo, aliaq; terr & tenem̃ta annui valoris quadraginta librarum de quibus idem Edmundus per p̃dictum Robertũ iniuste & sine iudicio disseisitus existit iure hereditario eidem Edmundo vt filio & hered p̃dci Nichol descendere debuissent, Idemq; Edmundus pro huiusmodi vero legitimo & indubitat filio et hered predicti Nichol a tempore natiuitatis sue hucusq; habitus dcus reputat et indubitat accept fuerat, quorũ premissorũ predict Robertus non ignar9 ex puersa & iniquissima volunt sua machinans ipsum Edmundũ pro Bastardo reputari, ac ipsum Edmund de huiusmodi patrimonio seu hereditate terr tenemẽtorũ & hereditamentor falso subdole & nequissime depriuare ac patrimoniũ seu hereditatem ipsi9 Edmundi in scandalum & infamiam apud diuersos dicte domine Regine nunc subdit falso malitiose et penitus absq; causa deducere, quodq; isdẽ fideles dicte domine Regine nunc subdit ipsũ Edmundũ tanquam Bastardũ ex illegitimo thoro cõcept reputarent & existimarent vndecimo die Augusti, anno regni domine Elizabeth nunc Regine Anglie decimo quinto apud Wheteley in Com predicto hec falsa ficta scandalosa & diffamatoriosa Anglicana verba sequeñ, videlicet Thou (p̃dictũ Edmundũ modo quer innuendo) art a Bastard, and not the sonne of Nicholas Towneley, and thou (eundem Edmundũ vlterius innuendo) oughtest not to haue any Land de p̃fat Edmundo in presentia & auditu quamplurimar fidelium dicte domine Regine nunc subditor falso malitiose & scandalose dixit retulit asseruit ꝓpalauit & publicauit, Quorum quidem falsor fictor & scandalosor Anglicanorum verbor ꝓpalationis preterea idem Edmundus non solum in magnum scandalum et infamiam apud diuersos venerabiles viros, aliosq; fideles dicte domine Regine nunc subdit incidit et induct existit ac ius et titulum ipsi9 Edmundi terrarũ & tenemẽtorum p̃dci Nichol post mortem eiusdem Nichol eidẽ Edmundo descend magnopere diffamat & scandalizat existit verũetiam idem Edmundus summo periculo euictionis et perditionis terrar tenemẽtor & hereditamẽtorũ suor ea occasione induct existit diuersasq; denar summas de huiusmodi scandalo et infamia se ipsum purgand et euacuand et honestatẽ bona nomen famam & reputationẽ sua manutenend & sustentand exponere & erogare coactus & compulsus fuit vnde idẽ Edmund9 dicit qd ipse deterioratus est, et dampñ habet ad valenciã mille marcarũ, et inde ꝓducit sectam &c.

Bastardie pretende.

Parolx.

Et modo ad hunc diem scilicet diem Mercurij proxim post quindeñ Pasche, isto eodem termino vsq; quem diem predictus Robertus habuit licenc ad billam predictam interloquend et tunc ad respondend &c. coram domina Regiñ apud Westm veñ tam predict9 Edmundus per attorñ suum p̃dict, quam predictus Robertus in propria persona sua. Et idem Robertus defend vim et iniur quando &c. et dicit quod predictus Edmundus actionem suam predictam inde versus eum habere seu manutenere non debet quia protestando non cogñ p̃dicta Anglicana verba fuisse loquut modo & forma prout superius supponitur, nec quod idem Edmundus existit de aliquib9 terris vel tenemẽtis ad annuum valorẽ ducentarũ marcarũ aut amplius nec quod ipse iniuste & sine iudicio disseisit existit de aliquib9 huiusmodi terr seu tenemẽtis p predict Robertũ nec qd p̃dict9 Edmund9 aliqualit in p̃missis dannificat existit put in narratione p̃dicta superius allegauit p placito tamen idem Robert9 dicit qd post ꝓpalationem & loquutionẽ p̃dictor Anglicanor ṽbor superi9 fieri supposit scilicet decimo die Augusti, anno regni dicte dñe Regiñ nunc quinto decimo supradicto apud Garstange in Com Lancastr quedã mutualis & finalis concordia habita fuit inter p̃dictos Robertũ et Edmundũ de omnibus priorib9 litibus discordijs & controuersijs inter ipsos preantea vllo modo habit ortis & motis que q̃dem concordia fuit qd p̃dict9 Robert9 daret p̃fat Edmund vnũ annulũ aureũ ad valenc duor solidor in plenã satisfactionẽ & contentationẽ omniũ p̃dictar discordiar & controuersiar inter eos prius habit quẽ quidem annulũ p̃dict Robert9 adtunc & ibidẽ dedit p̃fat Edmund iuxta formã & effectũ eiusdẽ concordie qui q̃dem Edmũd9 eundẽ annulũ de p̃f. Roberto in plenã satisfaction & contentation inde adtũc & ibm similit cepit & acceptauit. Et hoc paratus est verificare vnde pet iudiciũ si pred Edmundus actionem suam pred inde v̄sus eum habere seu manutenere debeat &c.

Barre.

Protestatio.

Accorde.

Satisfactio.

Et

Replicatiō. Et predictus Edmundus dicit quod ipse per aliqua per predict Robertum supius placitando allegat ab actione sua predicta versus ipsū Robertum habend precludi non debet quia protestando quod idem Edmundus non cepit sine acceptauit de prefat Roberto Annulum aureum predictum in placito ipsius Roberti superius spec in plena satisfactione & contentatione prolation verborum predictorū, vnde idem Edmundus superius versus p̄dictum Robertum se queritur modo et forma put p̄dictus Robertus superius placitando allegauit p placito tamen idem Edmundus dicit quod nulla talis concordia habita fuit inter ipsum Edmund et p̄dictum Robertum qual p̄dictus Robertus superius placitando allegauit. Et hoc pet quod inquiratur p patriam, Et p̄dictus Robert similit &c. Super quo idem Edmundus dicit quod p̄dicta villa de Garstang est infra Com̄ Palantini Lancastr vbi bre domine Regine non currit. Et homines de eodem Com̄ extra Com̄ illum ad aliquē exitum in eodem Com̄ iunct triand venire non debent nec solebant. Et quia p̄dictus Robertus hoc non dedicit, Ideo Recordum p̄dictū quoad dictum exitum in Com̄ Lancastr triand mandetur Cancellar domine Regine nunc Com̄ sui Palantini Lancastr p̄dicti, vt idem Cancellar ad exitum in loquela illa inter partes predict iunct in eodem Com̄ Lancastr triand ibidem pced fac put de iure et secundum legem et consuetus in eodē com̄ Palantino Lancastr vsitat fuerit. Et dict est partib p̄dict quod sint in Cur eiusdem domine Regine in eodem Com̄ Palantino auditur Record illud et iudicium suum, necnon Iurat patrie in quam se posuerunt in loquela illa. Et cum exit illt ibidem triat seu terminat fuerit idem Cancellar recordum illud cum toto illo quod superinde factū fuerit habeat vel haberi fac corā domina Regina vbicunq; &c. ad certum diem partib ibidem prefigens quod eadem domina Regina in eadem Cur dicte domine Regine coram ipsa Regina tunc vlterius superinde fieri fac put de iure & secundum legem et consuetudinem regni domine Regine Anglie fuerit faciend. Postea scilicet die Martis proxim̄ post mensem Sancti Michael, anno regni dicte domine Regine nunc decimo octauo coram domina Regina apud Westm̄ veñ p̄dict Edmundus per attorn̄ suum p̄dictum, Et prefat Cancellar Com̄ Palatini Lancastr miss hic Recordum triationis exit predicti in eodem Com̄ Palantino habitum in hec verba, Postea scilicet ad prim̄ sessionem in Com̄ Palantino Lancastr in p̄dict Com̄ Lancastr die Lune proxim̄ post festum Assumption beate Marie, anñ regñ domine Regine nunc decimo septimo coram Richard Harpur vno Iustic dñe Reg. de Banco & Roberto Mouñson altero Iustic de eodē Banco Iustic ipsius domine Regiñ apud Lancastr predictam veñ infranominat Edmund Towneley per William Stanynough attorñ suum, Et petit sibi fieri quod lex suadebat ad triand exit inter ipsum & infranominat Robertum Hartley interius iunct, Super quo per bre dicte domine Regine prec fuit vic eiusdē Com̄ quod Venire fac coram p̄fat Iustic dicte domine Regiñ apud Lancastr die Martis tunc prim̄ sequeñ xij. &c. per quos &c. & qui nec &c. ad recogñ &c. quia tam &c. Idem dies dat fuit partibus p̄dict ibidē &c. Ad quem diem hic veñ p̄dictus Edmundus per attorñ suum p̄dictum. Et Iur inde impanellat erant non veñ. Ideo prec fuit eidem vic Com̄ p̄dicti quod habeat corpora &c. coram prefat Iustic apud Lancastr die Lune in quarta septimana quadragesime tunc prim̄ sequeñ &c. Ad quem diem veñ p̄dict Edmund per attorñ suū p̄dictū. Et Iur impannellat erant non comparuerunt. Ideo prec fuit prefat vic pred Com̄ qd distring Iur predictos essendi coram prefat Iustic apud Lancastr p̄dictam die Lune proxim̄ post festum Assumption beate Marie tunc prim̄ sequeñ &c. Ad quem quidem diem Lune videlicet diē Lune proxim̄ post festum Assumptionis beate Marie, anno regni domine Regine nunc decimo octauo veñ tam p̄dictus Edmundus per attornat suum p̄dict quam p̄dictus Robertus p Iohanñ Slighe attorñ suum. Et vic videlicet Richardus Bold armig modo mand coram Iustic pred, p̄dictum bre dicte domine Regine de distr Iur &c. vna cū panello de nominibus Iur bri illo annexat. Et Iur inde impannellat erant quidam eorum veñ, et quidam eorū non veñ put patet in panello. Et quidam eorundem Iur modo compareñ, videlicet Georgius Middleton armig, Edmund Myers generos, Iohannes Colborne generos, Christoferus Parkinson geños, Euan Houghton generos, Williel Welby generos, Thomas Holden generos, et Rogerus Parkinson generos in Iurat p̄dict iurat existunt. Et quia resid Iur eiusdem Iure non comparuer, Ideo alij de circumstantib ad requisic p̄fat Edmund ac per mandat Iustic de nouo apponuntur quorū nomina panello p̄dicto affilant secundū formā statuti in huiusmodi casu nuper edit et prouiss, qui quidem Iur sic de nouo apposit modo compareñ, videlicet Willielm̄ Hull generos, Rogerus Powell armig, Richardus Lyuesey geños, et Elizeus Ayndsworth generos erant similiter veñ, Qui ad veritatem de infracontent simul cum alijs Iur p̄dictis prius inde impannellat & iurat dicens electi triati et Iurati dicunt super sacrament suum quod nulla talis concordia habita fuit inter p̄dictum Edmund & p̄fat Robertum qual p̄dictus Robertus interius placitando allegauit. Et assid dampna ipsi Edmundi occasione premiss infrascr vltra miss & custag sua per ipsum circa sectam suam in hac parte apposit ad sex denarios. Et pro miss & custag illis ad octo denarios, Ideo &c. Et super hoc predicti Richardus Harpur et Robertus Mounson hic apud Lancastr predictam prefixerunt partibus p̄dict diem scilicet in Octab. Sancti Michael coram domina Regina vbicunq; &c. ad audiend inde iudicium suum &c. Super quo p̄dictus Edmund pet iudiciū de p̄missis sibi reddi &c. Et vis per Cur domine Regine hic diligentq; inspectis premissis cons est quod p̄dict Edmund recuperet versus predictum Robertum dampna sua

Issue.

Triall en County Palantine Lancast.

Postea.

Tales de circūstantibus.

Verdict.

Iudgement.

sua predict per Jur predictos in forma predicta assessa, necnon octo libras eidem Edmundo promiss & custagijs suis per Cur domine Regine hic ex assensu suo de incremento adiudicat, Que quidem dampñ in toto se attingunt ad octo libr & quatuordecim denar. Et pdictus Robertus in misericordia &c. Pasche 17. Eliz. Rotulo 106. in Banco Regis.

Mle.

Slaunder del title.

Count.

26 Essex ss. Johannes Westwood nuper de Harloe in Cōm predicto Husbandman attach. fuit ad respondend Georgio Deryngton alias Peke de placito quare cum idem Georgius bonus verus honestus fidelis homo ac ligeus domine Regine de corporibus quorndam Johann Deryngton alias Peke et Eliz. vxoris eius in legitimo matrimonio apud Matching in Cōm predicto natus sit, et existit necnon vt filius legitimus eorundem Johann et Eliz. hactenus notus dcus accept et reputatus fuit, predict tamen Johannes Westwood premissor non ignarus, ex sua malicia, falso nequit et scandalose machinans nomen statum et famam ipsius Georgij maculare, destruere, peiorare, denigrare & depriuare ac ipsum Georgium minus iuste de vno mesuagio, & vno gardino, cum pertineñ, in Harlowe in Cōm predict, annui valoris viginti solid, que quidem Richardus Deryngton alias Peke patruus einsdem Georgij nuper perquisiuit sibi et eidem Georgio per nomina Richardi Peke et Georgij Peke nepotis sui et hered eorum de quodam Edwardo Bugges per copiam Cur Rotulor secundum conss manerij de Harlowe Bury in Cōm predict, in sola possessione et seisina eiusdem Georgij nunc existeñ per mortem dicti Richardi exheredari, necnon de administratione omnium bonor iurium et debitorum que fuerunt dicti Richardi ad valenciam quindecim librarum, eidem Georgio per nomen Georgij Durryngton alias Peke de Harlowe tanquam proxim consanguineo dicti Richardi Durryngton alias Peke, de eadem dum vixit per quendam Adam Richardson officialem egregij viri Alexandri Nowell Archi Archinatus Middl apud Harlowe predictam in Cōm predicto committend ab eodem Georgio per ordinem spiritualis Jurisdictionis capiend et cuidam alteri vt proxim consangyiñ ipsius Richardi iuxta formam statuti in huiusmodi casu nuper edit et prouiss commisit, ac ipsum Georgium de proficuis et commodis que ipse per administrationem bonorũ iurium et debitorum pdictorum ac aliorum proficuorũ iurium et hereditamentor que sibi et hered suis ab antecessoribus suis iure hereditar descendend totaliter defraudare et depriuare ac ipsum Georgium in obloquium & infamiam inter et apud vicinos suos aliosqȝ fide dignos ligeos domine Regine inducere sic quod dicti vicini sui, ac alij ligei domine Regine cum eodem Georgio in mercandizando, emendo, vendendo, et conuersando formidauerunt et se retraxerunt, crimen bastardie cōmunis eidem Georgio apud Harlowe predictam in Cōm predicto imposuit & ipsum Georgium sicuti bastardum communem fore et existere ibidem horribilit odiose & scandalose in audientia quamplurimorum fide dignorum ligeorum domine Regine publice et expresse eidem Georgio asseruit, affirmauit, retulit, dixit et propalauit prout in Anglicis verbis sequeñ aut alia in eisdem effectu et sententia consimilia, videlicet thou art a bastard, and my bastard here is as well borne as thou (innuend eundem Georgium) for one William Gimes sister was thy mother, quorum quidem falsorũ et scandalosorũ verborum prolationis asseruationis et affirmationis pretextu, idem Georgi⁹ non solum de bonis nomine fama et reputatioñ suis quibus preantea apud vicinos suos, ac quã plurimos alios fide dignos ligeos domine Regine reputabatur, ac de iusto titulo et possessione suis ad tenementa predicta, ac de omnibus exitibus et proficuis eorum, necnon de administratione bonorum iurium et debitorum, ac de toto lucro et aduantagio que ipse per administrationem bonorum iurium et debitorum predictorum verumetiam omniũ hereditamentorũ et aliorum proficuorum quorumcunqȝ que sibi et hered suis de quibuscunqȝ antecessoribus suis descendere seu deuenire possint iure hereditar et alio quocunqȝ modo denigratus, peiorat, deteriorátus, & lesus existit, deniqȝ quamplurima lucra et proficua que idem Georgius cum huiusmodi vicinis suis, ac alijs ligeis domine Regine emendo, vendendo, & licite barganizando pro victu et sustentatione suis acquirend vsus fuit percipere potuisset penit⁹ amisit ad dampnum ipsius Georgij quadraginta libr &c. Et vnde idem Georgius per Thom Hanchet attorñ suum Queritur quare cum idem Georgius bonus verus honestus fidelis homo ac ligeus domine Regine de corporibus quorundam Johannis Deryngton alias Peke et Eliz. vxoris eius in legitimo matrimonio apud Matching in Cōm predicto natus sit et existit, necnon vt filius legitimus eorundem Johannis et Eliz. hactenus notus dcus accept et reputat fuerit, predict tamen Johannes Westwood premissorum non ignarus ex sua malitia, falso nequit et scandalose machinans nomen statum et famam ipsius Georgij maculare, destruere, peiorare, denigrare, et depriuare ac ipsum Georgiũ minus iuste de vno mesuagio et vno gardino cum pertineñ in Harlowe in Cōm predicto, annui valoris viginti solid, que quidem Richard⁹ Deryngton alias Peke, patruus eiusdem Georgij nuper perquisiuit sibi et eidem Georgio per nomina Richardi Peke et Georgij Peke nepotis sui, et hered eor de quodam Edwardo Bugges per copiam Cur Rotulorũ secundum conss manerij de Harlowe Bury in Cōm predict in sola possessione et seisina eiusdem Georgij nunc existeñ per mortem dicti Richardi exheredari, necnon de administratione omnium bonorum iurium et debitorum que fuerunt dicti Richardi ad valenciam quindecim librar, eidem Georgio p nomen Georgij Durryngton alias Peke de Harlowe tanquam prim consanguineo dicti Richardi Durryngton alias Peke, de eadem

Bastardie alledge.

Parolx.

dum

dum vixit per quendam Adam Richardson officialem egregij viri Alexandri Nowell Archi Archinatus Midd apud Harlowe predictam in Com predicto committend ab eodem Georgio per ordinem spiritualis Jurisdictionis capiend et cuidam alteri videlicet ut prim consanguin ipsi[9] Richardi iuxta formā statuti in huiusmodi casu nuper edit et prouis commisit, ac ipsum Georgium de proficuis et commodis que ipse per administrationem bonorū iurium et debitorum pdictorum ac aliorum proficuorū iurium et hereditamentorum que sibi et hered suis ab antecessoribus suis iure hereditar descendend totaliter defraudare et depriuare ac ipsum Georgium in obloquium & infamiam inter et apud vicinos suos aliosq fide dignos ligeos domine Regine inducere sic quod dicti vicini sui, ac alij ligei domine Regine cum eodem Georgio in mercandizando, emendo, vendendo, et conuersando formidauerunt et se retraxerunt, crimen bastardie cōmunis decimo quarto die Marty, anno regn dnē Regine nunc quarto apud Harlowe predictam in Com predicto imposuit & ipsum Georgium sicuti bastardum communem fore et existere ibidem horribilit odiose & scandalose in audientia quamplurimorum fide dignorum ligeorum domine Regine publice et expresse eidem Georgio asseruit, affirmauit, retulit, dixit et propalauit prout in Anglicis verbis sequen aut alia in eisdem effectu et sententia consimilia, videlicet thou art a bastard, and my bastard here is as well borne as thou (innuend eundem Georgium) for one William Gimes sister was thy mother, quorum quidem falsorū et scandalosorū verborum prolationis asseruationis et affirmationis pretextu, idem Georgi[9] non solum de bonis nomine fama et reputation suis quibus preantea apud vicinos suos, ac quāplurimos alios fide dignos ligeos domine Regine reputabatur, ac de iusto titulo et possessione suis ad tenementa predicta, ac de omnibus exitibus et proficuis eorum, necnon de administratione bonorum iurium & debitor pdictorum, ac de toto lucro et aduantagio que ipse per administrationem bonorum iurium et debitorum predictorum verumetiam omniū hereditamentorū et aliorum proficuorum quorumcunq que sibi et hered suis de quibuscunq antecessoribus suis descendere seu deuenire possint iure hereditar et alio quocunq modo denigratus, peiorat, deteriorratus, & lesus existit, deniq quamplurima lucra et proficua que idem Georgius cum huiusmodi vicinis suis, ac alijs ligeis domine Regine emendo, vendendo, & licite barganizando pro victu et sustentatione suis acquirend vsus fuit percipere potuisset penit[9] amisit ad dampnum ipsius Georgij quadraginta libr &c. Et inde pduc sectam &c.

Iustification en auters parols.

Et predict Johannes Westwod per Rogerū Tryгges attornat suum ven et defend vim et iniur quando &c. Et dic quod predict Georgius actionem suam predictā versus eum habere non debet quia dic quod diu ante predictum tempus quo supponitur propalationem verbor predictor in narratione predicta superius spec apud Harlowe predictā, predicto decimo quarto die Marty, anno quarto supradicto, retulit, dixit, & propalauit de prefat Georgio hec verba Anglicana sequen, videlicet if it be true that is reported, then my bastard is as well borne as thou: for I haue heard it reported, that one William Gimes sister should be thy mother absque hoc quod ipse dixit thou art a bastard, and my bastard here is as wel borne as thou, for one William Gimes sister was thy mother, modo & forma prout predictus Georgius per bre et narrationē sua predicta superius versus eum suppon, Et hoc paratus est verificare vnde pet iudicium si predictus Georgius actionem suam predictam vsus eum habere debeat &c.

Trauers des parols in le Count.

Et predictus Georgius dic quod ipse per aliqua preallegat ab actione sua predicta habend precludi non debet, quia dic quod predictus Johannes Westwod apud Harlowe pdictam die et anno supradictis in narratione predicta superius spec retulit, dixit, et propalauit de eodem Georgio predicta verba Anglicana, aut alia in eisdem effectu et sententia consimilia, videlicet thou art a bastard, and my bastard here is as well borne as thou, for one William Gimes sister was thy mother, prout ipse per bre et narrationem sua predicta superius vsus eum queritur. Et hoc pet quod inquiratur per patriam. Et predictus Johannes Westwod similiter. Ideo prec est vic q Venire fac hic a die Sancte Trinitat in tres septimanas xij. &c. per quos &c. Et qui nec &c. ad recogn &c. quia tam &c. Ad quem diem hic ven partes &c. Et vic non mis bre, Ideo sicut prius prec est vic quod Venire fac hic in Octab. Sancti Michaelis xij. &c. Ad recogn in forma predicta &c. Ad quem diem Jur inter partes predictas de predicto placito posit fuit inde inter eas in respectu hic vsq ad hunc diem scilicet a die Sancti Michael in vnū mensem tunc proxim sequen, Et modo hic ad hunc diem ven tam predictus Georgius quam predictus Johannes per attorn suos predictos. Et Jur iurat ill inde impannellat exact similit ven, qui ad veritatem de pmissis dicend electi, triati, et iurati dicunt super sacrament suum, quod predictus Johannes Westwod die & anno supradict non asseruit, affirmauit, retulit, dixit, nec propalauit predicta verba in bre et narratione predicti Georgij spec, videlicet thou art a bastard, and my bastard here is as well borne as thou, for one William Gimes sister was thy mother, prout predictus Georgius per bre et narrationem suam predictam superius versus eum queritur. Ideo cons est quod pdict Georgius nihil capiat per bre suum predictum set sit in misericordia pro falso clam suo inde pros. Et predictus Johannes eat inde sine die &c. Et super hoc idem Johannes pet custag sua per ipsum circa sectam suam in hac parte apposit per discretionem Justic domine Regine hic adiudicand secundum formam statuti in huiusmodi casu edit et prouis erga eos qui non sunt ps bria sua in Cur domine Regine impetrat seu pre-

Replicatiō.

Issue.

Verdict.

Iudgement

Nil cap per bre.

Mia.

Costes.

preclusi fuerunt in eisdem breuibus, Super quo consi est per Justic hic quod predict Johannes recuperet versus prefat Georgium quadraginta solid pro mis et custag suis, per ipsum circa sectam suam in hac parte apposit eidem Johann per discretionem Justic hic adiudicat secundum formam statuti pdicti &c. Trin 4. Eliz. Rot 706. in Communi Banco.

Slaunder del title.

Le Briefe.

27 Midd ss. Rogerus Standish nuper de Lacocke in Com Wiltes generos attach. fuit ad respondend Anthonio Mildmay armigero et Gracie vxori eius de placito quare cum quidam Henricus Sharington Miles nuper seisitus fuisset de manerys de Lacocke & Bewlewe, cum pertinentys, in pdicto Com Wilts, ac septuaginta mesuagys, quadringentis et viginti acr terre, sexcentis & viginti acris prati, sexcentis & viginti acris pasture, et octoginta acris bosci cum pertinentys in Lacocke predicta, ac de manerio de Sende cum pertinentys in dicto Com Wilts, et sexaginta mesuagys, quingentis acr terre, quinquaginta acris prati, trescentis acris pasture, viginti acris bosci, et centum acris iampnorum et bruere cum ptinentys in Sende in eodem Com Wilts, ac de manerio de Luddington cum pertinentys in dicto Com Wilts, et quadraginta mesuagys, mille acr terre, centum acris prati, ducentis acris pasture, viginti acris bosci, et centum acris iampnor & bruere, cum pertinentys in Luddington in eode Com Wilts, ac de manerio de Charlton cum pertinentys in dicto Com Wilts, et quindecim mesuagys, quingentis acris terre, viginti acris prati, sexcentis et quinquaginta acris pasture, et decem acris bosci cum pertinentys in Charlton in eodem Com Wilts, necnon de manerio de Barbarie cum pertinentys in dicto Comit Wilts, & duob mesuagys, ducentis acr terre, quadraginta acris prati, & quingentis acris pasture cum pertinentys in Okeborne in eodem Com Wilts, ac de manerio de Walcote cum pertinentys in dicto Com Wilts, et duobus mesuagijs, quadraginta acris prati, & sexcentis acris pasture cum pertinen in Okeborne predicta et Swynden in eodem Com Wilts, ac de manerio de Woodrewe cu pertinentys in dicto Com Wilts, et decem mesuagys, quadraginta acris terre, quadraginta acris prati, quadringentis et sexaginta acris pasture, et sexaginta acris bosci cum pertinentijs in Melkesham in eodem Com Wilts, ac de decem mesuagijs, triginta acris terre, viginti acris prati, et centum & quadraginta acris pasture cum pertinentijs in Nethermore & Chippenhan in eodem Com Wilts, ac de tribus mesuagijs, viginti acris terre, decem acris prati, quadringentis acris pasture, et centum acris bosci, cum pertinentijs in Bowden et Bromeham in eodem Com Wilts, ac de vno mesuagio, ac vna acra pasture, cum pertinentijs, voc Baldenhams Mill, in Beuell, in eodem Com Wilts, ac de centum acris pasture, vocat the olde Downes & New Crofts cum pertinentijs in Steple Ashton in Com eodem Wilts, ac de duodecim acris terre et duodecim acris pasture cum pertinentijs in Bore in dicto Comit Wilts, ac de Rectoria de Lacocke cum pertinentijs in Lacocke predicta in dominico suo vt de feodo, necnon de hundred de Chippenham cum pertinentijs in eode Com Wilts vt de feodo: Et sic inde seisitus existen apud Westm in predict Com Midd per quandam Indenturam inter eundem Henricu Sharington per nomen Henrici Sharington de Lacocke in Com Wilts armigeri ex vna parte, et quosdam Edmundum Pyxton armigeru, et Jacobum Paget armigerum ex altra parte factam tam pro & in consideratione maritagij ante tuc habit & solempnizat inter eundem Henricum Sharington & Annam tunc vxorem eius sorore predicti Jacobi Paget, et pro augmentatione & meliore securantia competentis iuncture eiusdem Anne, quam etiam in consideratione maritagij talis alius mulieris siue mulierum qual idem Henric Sharington extunc imposterum desponsare, & in vxorem ducere contingeret, et pro securantia competentis iuncture huiusmodi mulieris siue mulierum habend & tiend, ac pro & in consideratione maritagij habit et solempnizat inter Thomam Sadler armigerum, filium & hered apparen Radi Sadler Militis, & Ursulam vnam filiar eiusdem Henrici Sharington, et p & in consideratione maritagij habit & solempnizat inter prefat Anthonium Mildmay armiger filium & hered apparen Walteri Mildmay Militis, & predictam Graciam vnam aliam filiaru predicti Henr Sharington, ac pro et in consideratione maritagij Oliue Sharingtō, tertie filie eiusdem Henrici Sharington extunc imposteru habend & solempnizand cum tali persona qual ipsa contingeret capere in virum, ac p paterno amore, zelo, & ardenti affectione que idem Henricus Sharington gerebat erga predictas tres filias suas, & pro earum preferentia & pmotione, ac pro puisione & stabilimento victus tal heres mascul de corpore eiusdem Henric Sharington legitime pcreat siue pcreand qual Deus extunc imposterum ei daret qua etiam p stabilimento, preseruatione & continuatione manerior, terrar, tenemtor & hereditamtor pdictor in sanguine & consanguinitate eiusdem Henr Sharington, ac p diuersis alijs bonis & iustic causis & considerationibus ipsum Henr Sharington, mouen idem Henricus p eandem Indenturam pro se et hered suis conuenit & concessit ad & cum prefat Edmundo Pyxton & Jacobo Paget hered, exec, & administratorib suis, qd idem Henr Sharington hered & assign sui, & omnes & singul alie personi & person hered & assign sui quicunq qui tunc steterunt & fuer seisiti vel qui extunc imposteru starent & essent seisiti de manerijs, terris, tenementis & hereditamtis pdict, cum pertinen extunc imposteru starent & essent seisiti de pdictis manerijs, terris, tenemtis & hereditamtis, cum omnibus & singulis suis pertinen ad talia vsus opera intentiones & proposit & cum & sub talib prouisionibus, limitationibus, & conditionib, & in talib modo, ordin & forma qual postea in eade indentura limitat, exprssat & declarat extiterunt, et

Indenture de vses.

Considerations.

Couenant de estoyer seisi al vses.

> Limitation des vses.

et ad nulla alia vsum intentionem vel proposit', videlicet de omnibus predict' manerijs, terris, tenementis et hereditamentis et ceteris premissis ad vsum ipsius Henrici Sharington durañ vita sua absq; impetitione vasti, Et post decessum eiusdem Henrici tunc de predictis manerijs de Lacock, Bewlewe, & Wodrewe, cum pertinen̄ ac de predicta Rectoria de Lacocke, et predictis tenementis in Lacocke, Bewlewe, et Wodrewe ad vsum Anne tunc vxoris eiusdem Henrici Sharington durañ vita sua naturali pro et in nomine innocture sue, Et post decessum eiusdem Anne tunc de predict' manerijs de Lacocke et Bewlewe cum pertinen̄ ac de predicta Rectoria de Lacocke, & predictis tenementis in Lacocke & Bewlewe ad vsum & opus talis alterius mulieris et mulierum, qual' idem Henricus extunc imposterum maritaret et in vxorem duceret pro termino vite huiusmodi alterius mulieris siue mulierum, Et postea ad vsum & opus hered' masculorum de corpore ipsius Henrici legitime procreat', et pro defectu talis exitus ad opus et vsum predicte Vrsule senioris filie predicti Henrici Sharington tunc vxoris predicti Thome Sadler armigeri et hered' de corpore eiusdem Vrsule procreat', Et pro defectu talis exit' tunc de vna medietate inde ad vsum & opus predicte Gracie secunde filie predicti Henrici Sharington tunc vxoris predicti Anthonij Mildmay armigeri et hered' de corpore eiusdē Gracie legitime procreat', Et pro defectu talis exit' de corpore predicte Gracie ad vsum Oliue tertie filie eiusdem Henrici Sharington et hered' de corpore suo legitimo procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum rector' hered' eiusdem Henrici Sharington imperpetuū, ac de altera medietate inde ad vsum predicte Oliue tertie filie eiusdem Henrici Sharington, et hered' de corpore eiusdem Oliue legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus predicte Gracie, et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad opus & vsum rectorum hered' eiusdem Henrici Sharington imperpetuum, Et post decessum eiusdem Henrici tunc de predictis tenementis in Bore, Chippenham, Bowden, et Bromeham predictis, ac de predicto Hundred' de Chippenham cum pertinen̄, except' octo mesuagijs, triginta acr̄ terre, decem acris prati, centum acris pasture, et decem acris bosci cum pertinen̄ in Nethermore infra parochia de Chippenham predict' ad opus et vsum hered' masculorum de corpore eiusdem Henrici Sharington legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum & opus predicte Vrsule et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' tunc de vna medietate inde ad vsum et opus predicte Gracie et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exitus ad vsum et opus predicte Oliue et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus Rectorū hered' eiusdem Henrici Sharington imperpetuum, ac de altera medietate inde ad vsum et opus predicte Oliue et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus predicte Gracie et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus rectorum hered' eiusdem Henrici Sharington imperpetuum, Et post decessum ipsius Henrici Sharington et Anne vxoris eius, tunc de et in predicto manerio de Wodrewe cum pertinentijs, ac tenementis predictis cum pertinentijs in Wodrewe predicta, ad vsum talis alterius mulieris et mulierum qual' idem Henricus Sharington extunc imposterum contingeret maritare vel ducere in vxorem pro termino vite huiusmodi mulieris & mulierum, Et postea ad vsum et opus hered' masculorum de corpore eiusdem Henrici legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus predicte Gracie vxoris predicti Anthonij Mildmay et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' tunc de vna medietate inde ad vsum predicte Vrsule, vxoris predicti Thome Sadler et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus predicte Oliue, & hered' de corpore predicte Oliue legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus Rectorum hered' predicti Henrici Sharington imperpetuum, Et de altera medietate inde ad vsum et opus predicte Oliue et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad opus et vsum predicte Vrsule & hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus rectorū hered' eiusdem Henrici Sharington imperpetuū, Et post decessum eiusdem Henrici tunc de predicto manerio de Sende ac de predictis tenementis cum pertinen̄ in Sende, Sendrewe, Reuell, et Steple Ashton predictis ad vsum & opus hered' masculor' de corpore ipsius Henrici Sharington legitime procreat', Et pro defectu talis exitus ad vsum et opus predicte Gracie vxoris predicti Anthonij Mildmay et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' tunc de vna medietate inde ad vsum et opus predicte Vrsule vxoris predicti Thome Sadler et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad opus et vsum predicte Oliue et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum rectorum hered' predicti Henrici Sharington imperpetuū, ac de altera medietate inde ad vsum et opus predicte Oliue & hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum et opus predicte Vrsule et hered' de corpore suo legitime procreat', Et pro defectu talis exit' ad vsum rectorum hered' predicti Henrici Sharington imperpetuum, Et post decessum eiusdem Henrici Sharington tunc de predict' manerijs de Luddington, Charlton, Barbarie, et Walcot, cum pertinentijs, ac de predictis tenementis preantea except', cum pertinentijs, ac de predictis tenementis cum pertinentijs in Luddington, Charlton, Barbarie, Okeborne & Walcote predict' ad vsum et opus hered' masculorum de corpore predicti Henrici Sharington legitime procreat', Et pro defectu talis exit', ad vsum et opus predicte Oliue Sharington

rington et hered de corpore suo legitime procreat, Et pro defectu talis exitus tunc de vna medietate inde ad vsum et opus predicte Ursule vxoris predicti Thome Sadler & heredum de corpore suo legitime procreat, Et pro defectu talis exit ad vsum & opus predict Gracie vxoris predicti Anthony Mildmay & hered de corpore suo legitime procreat, Et pro defectu talis exitus ad vsum et opus rectorum hered predicti Henrici Sharington imperpetuum, ac de altera medietate inde ad vsum & opus predict Gracie vxoris predicti Anthony Mildmay et hered de corpore suo legitime procreat, Et pro defectu talis exitus ad vsum et opus predicte Ursule & hered de corpore suo legitime procreat, Et p defectu talis exit ad vsum et opus rectorum hered predicti Henrici Sharington imperpetuum, prouisumque fuit, et vlterius conuentum, concessum, conclusum & agreat per & inter predictas partes Indenture predicte et earum quamlibet per eandem Indenturā quod pro eo quod maior pars illius partis & portion premissorum que per eandem Indenturam limitat & appunctuat fuerunt peruenire & fore predicte Ursule immediate post decessum predict Henr Sharington sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat fuit limitat & appunctuat per eandem Indenturam pro iunctura Anne tunc vxoris eiusdem Henrici Sharington & tali mulieri siue mulieribus qual idem Henricus extunc imposterum desponsaret et in vxorem duceret pro termino vite cuiuslibet huiusmodi vxoris, ratione cuius eadem Ursula post decessum eiusdem Henric sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat durañ vita pdicte Anne et cuiuslibet huiusmodi vxoris non potuit nec deberet aut posset habere aliquod proficuum de predictis terris et tenementis sic limitat et appunctuat pro iunctura vt prefertur, ad intentionem igitur proportionare predictas seperales portiones premissorum limitat et appunctuat peruenire et fore predicte Ursule ac pdictis Gracie et Oliue sororibus suis immediate post decessum eiusdē Henrici Sharington sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat, ad aliquem propinquum equalem et indifferentē valorem eisdem tribus et heredibus de corporibus eorum legitime procreat durañ vita predicte Anne et cuiuslibet talis vxoris predicti Henrici Sharington, predicta Gracia & hered de corpore suo legitime procreat annuatim soluerent durañ vita cuiuslibet huiusmodi vxoris eiusdem Henrici predicte Ursule et hered de corpore suo legitime procreat, annual reddit quadraginta librarum ad festa Annuntiationis beate Marie virginis et Sancti Michaelis Archangeli, per equales portiones habend capiend et percipiend extra illam partem & portionem predictorū terrarum, tenementorū et hereditamentorū limitat et appunctuat per eandem Indenturam peruenire et fore pdicte Gracie et hered de corpore suo legitime procreat immediate post decessum eiusdem Henrici Sharington sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat,

Rent reserue.

vt prefertur: Et quod predicta Oliua et hered de corpore suo legitime procreat post decessum eiusdem Henrici sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat similiter annuatim soluerent durañ vita predicte Anne et cuiuslibet huiusmodi vxoris eiusdem Henrici, predicte Ursule, et hered de corpore suo legitime procreat, quendam annuum redditum sexaginta librarum ad Festa Annuntiationis beate Marie et Sancti Michaelis Archangeli, per equales portiones, soluend, habend, capiend, et percipiend de predictis terris, tenementis, et hereditamentis limitat et appunctuat per eandem Indenturam peruenire et fore predicte Oliue et hered de corpore suo legitime procreat, post decessum predicti Henrici sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat, vt prefertur: Et quod idem Henric⁹ Sharington et hered sui, et omnes et singule alie persona et persone et hered sui quicunque qui tunc stabant et fuerunt seisiti vel extunc imposterum starent et forent seisit de predictis terris et tenementis sic limitat et appunctuat predicte Gracie et hered de corpore suo legitime procreat, et predicte Oliue et hered de corpore suo legitime procreat, immediate post mortem predicti Henrici Sharington sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat starent et essent seisit de eisdem et qualibet parcell inde post huiusmodi mortem eiusdem Henrici sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat, sicut prefertur onerat et onerabil cum predictis seperabilibus redditibus siue annualibus solutionibus quadraginta librarum & sexaginta librarum, predicte Ursule et hered de corpore suo legitime procreat, vt prefertur, pro et durañ vita predicte Anne et cuiuslibet huiusmodi vxoris eiusdem Henrici Sharington, vt prefertur, solummodo et non diutius: Et quod post decessum eiusdem Henrici Sharington sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat, licit foret predicte Ursule et hered de corpore suo legitime procreat, pro & durañ vita predict Anne et talis alius mulieris & mulierum qual idem Henricus Sharington duceret in vxorem, pro defectu solutionis predictorū annualium redditum siue solutionum quadraginta librarum et sexaginta librarum, ad dies et tempora limitat et appunctuat pro solutione inde, vt prefertur, in predicta terras, tenementa, et hereditamenta, limitat et appunctuat predictis Gracie et Oliue, et hered de corporibus eorum legitime procreat, vt prefertur, post decessum ipsius Henrici Sharington sine exitu masculo de corpore suo legitime procreat intrare et distringere, et districtionem et districtiones ibidem habit et capt effugare, abducere, et asportare, et easdem retinere et custodire, quousque predict' annuales redditus siue solutiones preantea memorat cum arreragijs inde si que forent essent eidem Ursule et heredibus de corpore suo legitime procreat, bene et veraciter, contentate, satisfacte et persolute, pretextu cuius ac vigore cuiusdam

Le statute de 27.H.8. ca.10. de vses.

statuti in Parliamento domini Henrici nuper Regis Anglie octaui patris domine Regine nunc precharissimi de vsibus in possessionem transferend quarto die Februar, ann regni sui vicesimo septimo tent edit predictus Henricus Sharington fuit seisitus de maneriis, tenementis, & rectoria predict, cum pertinentiis in dominico suo vt de libero tenemento ac de Hundred predict cum pertinentiis vt de libero tenemento pro termino vite sue, remanere inde modo & forma p̄dictis existen, predictoque Henrico Sharington sic de maneriis, tenementis, rectoria & Hundred predictis cum pertinentiis seisit existen, remanere inde in forma predicta, predicta Ursula de remanere suis predictis obijt seisit sine hered de corpore suo exeun, post cuius mortem predicta Oliua cepit in virum quendam Johannem Talbot armiger, per quod idem Johannes & Oliua fuerunt seisiti de predict seperalib9 remanere eidem Oliue in forma predict limitat vt de feodo talliat in forma predicta in iure eiusdem Oliue ipsisque Johanne et Oliua sic inde seisit existen, ac predictis Anthonio Mildmay & Gracia de seperalibus remanere predict, idem Gracie in forma predicta limitat vt de feodo talliat in iure eiusdem Gracie similiter seisit existen, necnon predicto Henric Sharington de maneriis, tenementis, Rectoria & Hundred predict cum pertinentiis in forma predicta seisit existen idem Henr obijt de tali statu suo inde seisit sine hered masculo de corpore suo exeun, post cuius mortem p̄dicta Anna in predict manerium de Lacocke cum pertinen intrauit & fuit inde seisit in dominico suo vt de libero tenemento ꝑ termino vite sue remanere inde post mortem ipsius Anne prout superius limitat, ac predicti Anthonius et Gracia, et Johannes & Oliua in tenementa predicta in Bowden intrauerunt & fuerunt inde seisiti, videlicet ijdem Anthonius & Gracia de medietate inde vt in iure eiusdem Gracie, ac prefat Johannes & Oliua de altera medietate inde vt in iure ipsius eiusdem Oliue in dominico suo vt de feodo talliat vt prefertur eis inde limitat eisdemque Johanne & Oliua sic inde seisit existen idem Johannes obijt, post cuius mortem predict Oliua de remanere medietate manerij de Lacocke, cum pertinentiis, ac de medietate predict tenement in Bowden p̄dicta, in forma p̄dicta seisit existen, necnon predict Anthonio et Gracia in iure eiusdem Gracie de remanere alterius medietatis eiusdem manerij & de altera medietate predictorum tenementorum in Bowden predicta, in forma predicta similiter seisit existen, quidam Edmundus Downyng generos apud Westm predict in dicto Com Midd colloquium habuit cum prefat Anthonio pro dimissione medietat eorunde Anthonij & Gracie quadraginta acrarum terre in Lacocke predict, parcell predict manerij de Lacocke ac quadraginta acrarum terre in Bowden predict, parcell p̄dictor tenementor in Bowden predict, per eosde Anthoniu & Graciam dicto Edmundo Downyng in script fiend ꝑ termino viginti vnius annorum a morte

Remainders execute en possession.

Communication pur vn lease pur ans.

predicte Anne incipiend & tunc prim sequen, et plenar complend si eadem Gracia tam diu vixerit, Et predict9 Edmundus Downyng asseruit se daturum predictis Anthonio et Gracie pro dimissione predicta ducentas libras legalis monete Anglie ad sigillationem scripti dimissionis predict, Et predicti Anthonius et Gracia eandem dimissionem predicto Edmundo Downyng pro predictis ducentis libris facere proposuerunt, quorum premissorum predictus Rogerus Standish non ignarus set bonum statum interesse & ius ipsorum Anthonij & Gracie de & in predicta medietate predictaru quadraginta acrarum terre in Lacocke predicta, parcell predicti manerij de Lacocke predicta, ac predictarum aliarum quadraginta acrarum terre in Bowden predicta, parcell predictorum tenementorum in Bowden predicta scandalizare, impedire, & in obloquium inducere et inferre ipsosque Anthonium & Graciam de predictis ducentis libris pro confectione dimissionis p̄dict recipiend defraudare & impedire intendens, apud Westm predictam falso malitiose & scandalose asseruit, retulit, declarauit & publicauit in presentia predicti Edmundi Downyng, & quamplurim aliorum ligeorum dicte domine Regine quod predictum manerium de Lacocke, cum pertinentiis, vnde predicte quadraginta acre terre in Lacocke predicta sunt & tunc fuerunt parcell, ac predicte quadraginta acre terre in Bowden predicta legitime securat fuerunt per predictum Henricum Sharington prefat Johanni Talbot & Oliue in vita ipsius Johann ad eoru propr vsus ꝑ termino mille annor prim & immediate sequen decess p̄dicti Henr Sharington & Anne vxor eius, Et qd p̄dci Johann Talbot & Oliua in vita eiusde Johannis fuerunt de interesse termini eiusde manerij de Lacocke cu pertinen ac p̄dictar quadraginta acrar terre in Bowden p̄dicta legitime possessionat, Et quod p̄dicta Oliua post mortem dicti Johann Talbot fuit sola possessionat de hmdi interesse eiusdem manerij & quadraginta acraru terre in Bowden p̄dicta per ius accrescendi, vbi reuera idem manerium de Lacocke & predicte quadraginta acre terre in Bowden p̄dicta seu aliqua inde parcell non fuerunt legitime securat p̄fat Johann Talbot & Oliue seu eor alteri ꝑ aliquo termino annor, put predcus Roger9 Standish falso & scandalose declarauit & publicauit, preterea quorum quidem falsor & scandalosor verboru dictionis ꝑpalationis & publication non solu quaplurim ligei dicte dne Regine dictis scandalosis verbis fidem adhiben pro veritate crediderunt et tenuerunt & adhuc credunt & tenent quod talis legitima securatio predicti manerij de Lacocke et predictarum quadraginta acrarum terre in Bowden fact fuit prefat Johanni Talbot & Oliue pro termino mille annorum, ac quod predicta Oliua de interesse termini predicti adhuc legitime possessionat existit, verumetiam predictus Edmundus Downyng p̄dictam dimissionem predicte medietatis predictoru Anthonij et Gracie predictaru quadraginta acraru terre par-

Paroles.

Nos Anthonius Coke Miles Senescallus domine Regine Curie manerij sui infrascript, necnon Thomas Hone gen, Johannes Webster et Johannes Bestwicke Sectatores Cur eiusdem Recordum & processum de quibus in isto breui fit mentio cum omnibus ea tangen domin Regine ad diem et locum infracontent in quadam schedula huic breui annex' sub sigillis nostr mittimus, prout interius nobis precipitur. Respons Anthonij Coke Militis ac Thome Hone generosi, Johannis Webster et Johann Bestwicke Sectatorum Cur manerij infrascript Hauering at Bowre, ss. Cur domine Elizabeth Dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine fidei defensoris &c. manerij sui de Hauering at Bowre in Comit Essex tent apud Romford in Comit predicto, parcell manerij illius coram Anthonio Coke Milite Senescallo dicte domine Regine eiusdem Cur ac Thoma Hone generoso, Johanne Webster, et Johanne Bestwicke Sectatoribus Cur manerij illius nono die Martij anno regni sui quadragesimo, iuxta libertat, priuileg, et franches, tenentibus et inhabitantibus manerij predicti, ac authoritate Senescallo et Sectatoribus Cur manerij illius pro tempore existen per literas patentes domin Edwardi nuper Regis Anglie quarti dat et concess &c. Ad hanc Cur ven Willielmus Combers de Hornechurch in Comit Essex yeoman in propria persona sua, et queritur versus Johannem Legat generosum, de placito quare cepit aueria ipsius Willielmi Combers et ea iniuste detinuit contra vad et pleg &c. Et inuenit pleg de pros querelam illam, videlicet Johanne Do et Richardu Ro, Et petijt process ei inde fieri secundum consuetudin manerij predicti, et iuxta libertat, priuileg, franches, et authoritat predict &c. Et ei conceditur retornabil hic ad proxim Cur infra manerium predict tenend &c. Ideo secundum consuetudinem manerij illius & iuxta libertat et priuileg, franches, et authoritat predict, preceptum est Roberto Lyman balliuo dicte domine Regine manerij sui predicti et ministro huius Cur quod summ per bonos summ prefatum Johannem Legat, quod sit coram Senescallo & Sectatoribus Cur manerij predict ad proxim Cur predcte domine Regine manerij sui predicti, hic scilicet apud Romford predict tricesimo die Martij proxim futur tenend ad respondendum prefato Willielmo Combers de placito predicto &c. Idem dies dat est prefato Willielmo Combers hic ad eandem Cur &c. Et super hoc ad hanc Cur ven pdict⁹ Willielm Combers po. lo. suo Philippum Lenthall vers prefatum Johanne Legat de predicto placito &c. Ad quam quidem proxim Curiam hic scilicet apud Romford predictam predicto tricesimo die Martij coram prefat Senescallo & Sectatoribus Cur manerij illius iuxta libertat, priuileg, franches, et authoritat supradict tent ven predcus Willielmus Combers per predictum Philippum Lenthall attornatum suum, Et obtulit se vsus predictum Johannem Legat de placito predicto &c. Et predictus Robertus Lyman balliuus et minister eiusdem Cur modo hic mandat et testatur quod ipse secundum consuetudine manerij predicti summ predict Johannem Legat per Willielmum Den et Richardum Fen bonos summ &c. essendi hic ad istam eandem Cur secundum formam precepti predicti ad respondendum prefato Willielmo Combers de placito predicto &c. Et super hoc in eadem Cur ven predcus Johannes Legat in ppria persona sua, Super quo predictus Willielmus Combers secundum consuetudinem manerij predicti in eadem Cur hic narrando versus pdictum Johannem Legat per attornatum suum predictum, queritur quod predictus Johannes Legat decimo octauo die May anno regni dce domine Regine tricesimo nono, apud Hornchurch ac infra iurisdictionem huius Curie in quodam loco ibidem, vocat Peare tree Marshe, cepit aueria videlicet sex vaccas ipsius Willielmi Combers & eas iniuste detinuit contra vad & pleg quousque &c. vnde dic quod deterioratus est, et dampnum habet ad valentiam quinque librarum, Et inde produc sectam &c.

Le record.

Le plaint.

Summ.

Summ retorne.

Le Count.

Et predictus Johannes Legat ven et defend vim & iniuriam quando &c. Et pet licentia inde interloquendi hic vsque ad proxim Cur predicte domine Regine manerij sui predicti hic scilicet apud Romford pdict vicesimo die April proxim futur, coram Senescallo et Sectatoribus Cur manerij predicti iuxta libertat, priuileg, franches et authoritat predict' tenend, Et habet &c. Idem dies datus est prefato Willielmo Combers hic ad eandem Cur &c. Et super hoc predictus Johannes Legat po. lo. suo Franciscum Wells versus prefatu Willielmum Combers in placito predicto &c. Ad quam quidem proxima

Li. lo.

Cur

Cur hic scilicet apud Romford predict tent predicto vicesimo die Aprilis coram prefato Senescallo et Sectatoribus Curie manerij predicti iuxta libertat, priuileg, franches, et authoritat predict, ven tam predictus Willielmus Combers per attornatum suum predictum, quam predictus Iohannes Legat per predictum Franciscum Wells attornatum suum, Et predictus Iohannes Legat per attornatum suum predictum bene aduocat captionem aueriorum predcorum in predicto loco in quo &c. Et iuste &c. Quia dic quod predictus locus in quo supponitur captionem aueriorum predcorum fieri continet, et predicto tempore captionis predicte superius fieri supposit continebat in se sex acras marisci cum pertinentijs existen in le Leuell de Hauering at Bowre in Hornechurch predict in Com Essex predict, quodque ante predictum tempus quo supponitur captionem aueriorum predictorum fieri scilicet vicesimo septimo die Ianuarij anno regni domine Regine nunc tricesimo octauo, apud Romford infra iurisdictionem huius Curie quidam Henricus Grey Miles, Bernardus Whetston armiger, Willielmus Smyth armiger, Augustinus Steward armiger, Timotheus Lucy armiger, Thomas Legat armiger, Franciscus Raine armiger, et Henricus Jackman armiger tunc & adhuc Commiss. domine Regine de Sewers, infra leuellam predict virtute Commissionis domine Regine nunc de Sewers, pro sorte & taxatione assess per eandem Commissionem eis et alijs honorabilibus et venerabilibus viris Commissionat de Sewers predict in Commissione illa nominat sub magno sigillo Anglie direct, geren dat apud Bewe serto die Septembr anno regni eiusdem domine Regine tricesimo quinto, authoritate et iuxta formam cuiusdam actus general concernen Cõmissiones de Sewers dirigend in omnes partes infra hoc regnum Anglie in Parliamento domini Henrici nuper Regis Anglie octaui, post diuersas prorogationes apud Westm in Com Middl quintodecimo die Ianuarij, anno regni sui vicesimo tertio tent edit, decreuerunt, et ordinauerunt, quod predictus Iohannes Legat haberet et teneret sibi et assign suis sexaginta acras marisci cum pertinentijs in Hornechurch predict vnde predictus locus in quo &c. est et predicto vicesimo septimo die Ianuarij anno tricesimo octauo supradicto, ac etiam predicto tempore quo &c. fuit parcell a die decret & ordinationis illorum factorum vsque finem termini quadraginta annorũ tunc proxim sequen, Quorum pretext idem Iohannes Legat ante predict tempus quo &c. in predict sexaginta acr marisci, cum pertinentijs vnde &c. intrauit, et fuit inde possessionatus, Et quia aueria predicta, predicto tempore quo &c. fuerunt in predicto loco in quo &c. herbam in eodem tunc crescen depascen et dampn ibidem facien, idem Iohannes authoritate decreti et ordinationis predictorum secundum tenorem purport et effectũ actus predci in forma predca fact bene aduocat captionẽ auerioruni pdcorum in predco loco in quo &c. et iuste &c. dampn ibidem sic facien &c.

Auowrie pur damage fesant.

Commission de Sewers.

Statute de 23.H.8.c.5.

Decree que lauowant aüa pur ans

Et predcus Willielmus Combers dit, quod aduocatio predci Iohannis ac materia predca in eadem contenta minus sufficien in lege existunt ad predictum Iohannem captionem aueriorum predictorum in predicto loco in quo &c. iuste aduocand manutenend, quodque ipse ad Aduocat predict modo et forma predict declarat necesse non habet nec per legem terre tenetur respondere, eo quod predictus Iohannes Legat in aduocat predict non prosequitur statutum predictum, Et hoc parat est verificare, vnde tam ob insufficien materie quam pro defectu sufficien aduocat in hac parte, idem Willielmus pet iuditium & dampna sua occasione caption & iniuste detentionis auer iorum predcorum sibi adiudicari &c. Et predcus Iohannes Legat ex quo ipse sufficien materiam in aduocare suo predict pro retorno aueriorum predict habendo superius allegauit, quam ipse parat est verificare, quam quidem materiam predcus Willielmus Combers non dedicit nec ad eam aliqualiter respondet, pet iuditium & retorn auer iorum predict sibi adiudicari &c. Et quia prefat Senescallus et Sectatores Cur hic aduisare volunt de et super premissis, priusquam iuditium inde reddant, dies dat est partibus predcis hic vsque ad proxim Cur scilicet apud Romford pdict vndecimo die Maij proxim futur tenend de audiendo inde iuditio suo, eo quod ijdem Senescall et Sectator Cur eiusdem manerij hic inde nondum &c. Ad quam quidem proxim Cur hic scilicet apud Romford predict tent predict vndecimo die Maij coram prefat Senescallo et Sectator Cur manerij predicti iuxta libertat, priuileg, franches et authoritat supradict, ven tam predictus Willielmus Combers quam predictus Iohannes Legat per attornatos suos predictos, Et quia prefat Senescall et Sectatores Cur hic vlterius se aduisare volunt de et super premissis priusquam iuditium inde reddant, dies vlterius dat est partibus predictis vsque proxim Cur manerij predicti hic scilicet apud Romford predictam primo die Iunij proxim futur tenend, de audiendo inde iuditio suo, eo quod ijdem Senescall et Sectator Cur eiusdem manerij hic inde nondum &c. Ad quam quidem proxim Cur hic scilicet apud Romford predict tent predco primo die Iunij coram prefat Senescallo et Sectatoribus Cur manerij predicti iuxta libertat, priuileg, franches, et authoritat supradict, venerunt tam predcus Willielmus Combers quam predcus Iohannes Legat per attornatos suos predictos, Super quo visis premissis et per predictum Senescallum et Sectatores Cur manerij predict plene intellectis, videtur eisdem Senescall et Sectatoribus quod predict aduocat predict Iohannis Legat superius placitat sufficien in lege existit ad ipsum Iohannẽ Legat captionem auer iorum predictorum in predicto loco in quo &c. iustum aduocare manutenend prout predictus Iohannes superius allegauit, Ideo cons est quod predcus Willielmus Combers sit in misericordia pro falso clamore suo versus prefatũ Iohannem, Et qd predcus Iohannes Legat eat inde sine die &c.

Et

Demurrer.

Cause de demurrer.

Ioiner en demurrer.

Aduisare vult.

Iudgement pur le auowant.

Et habeat retorn averiorum predict &c. Cons est etiam quod predict' Johannes Legat dampn sua occasione premiss versus prefat Willielmu Combers recuperare debeat, Set quia nescitur que dampna predcus Johannes Legat sustinuit occasione illa, Ideo preceptum est balliuo manerij predicti et ministro huius Cur quod Venire fac hic ad proxim Cur predicte domine Regine manerij sui predicti coram Senescallo et Sectatoribus Cur manerij predicti scilicet apud Romford predict vicesimo secundo die Junij proxim futur tenend, duodecim liberos et legales homines de ballius sua ad inquirend que dampn predictus Johannes Legat sustinuit tam occasione premiss quam pro miss et custag suis per ipsum circa sectam suam in hac parte apposit, Idem dies datus est partibus predictis hic ad eande Cur &c. Postea scilicet die Jouis proxim post crastin Animarum isto eodem Termino coram domina Regina apud Westm ben predictus Willielmus Combers per Johanne Tanner attornat suum, Et statim dic quod in Recordo & processu ac etiam in redditione iuditij loquele pdict manifeste est erratum, in hoc videlicet quod vbi per Recordum predict apparet, quod predict Cur domine Regine manerij de Hauering at Bowre teneri debet coram Senescallo dicte domine Regine, eiusdem Cur et Sectator eiusdem Cur iuxta libertat, priuileg, et franchess tenentibus et inhabitantibus manerij predicti ac authoritate Senescalli et Sectatorum Cur manerij illius pro tempore existen, per literas patent domini Edwardi nuper Regis Anglie quarti dat & concess. tamen predict precept de summonendo predict Johanne Legat ad comparend coram pdict Senescallo et Sectatoribus eiusdem Cur, et omnia alia precepta placita et process. superinde habit et emanen fuer prosecut & impetrat ad Cur tent coram Senescallo Curie manerij predicti, iuxta libertat, priuileg, franches. et authoritat absque vlla mentione fact de pdicta authoritate Senescalli et Sectatorum Cur manerij illius pro tempore existen, per predcas literas patent dicti domini Edwardi nuper Regis Anglie quarti vt pfertur dat et concess, Item erratum est in hoc quod predict Johannes Legat in aduoc suo predict tantummodo aduoc captionem averiorum predictorum in predicto loco in quo &c. p dampn ibidem per ea fact et non petijt aliquem retorn averiorum predict sibi ea de causa fiend nec aliqua dampna miss siue custagia sibi adiudicari secundum formam & effect statut in eo casu nuper edit et prouis, prout per aduoc suum predict petysse debuisset. Item erratum est in hoc qd vbi per iuditium vers eundem Willielmum reddit, Cons fuit qd predict' Johannes Legat dampna sua occasione premissorum versus prefat Willielmum Combers recuperare debeat, predictum iuditium in eo casu redd debuisset, quod cons est quod predcus Johannes Legat dampna sua occasione premissorum versus prefatum Willielmum Combers recuperare debeat, secundum formam statuti in eo casu nuper edit et prouis, Deniqz erratum est in hoc qd vbi iuditium reditum fuit, quod predict' Willielmus Combers esset in misericordia pro falso clamore suo vsus prefatum Johannem, iuditium in eo casu reddi debuisset, quod predictus Willielmus Combers nihil caperet per querelam suam predictam, set esset in misericordia pro falso clam suo versus prefatum Johannem, Et quod idem Johannes iret inde sine die, Et idem Willielmus pet bre domine Regine ad premuniendum predictu Johannem Legat essendi coram domina Regina auditur Record et process predict, Et ei conceditur &c. per quod precept est Vic quod per probos &c. Scire fac prefat Johanni Legat quod sit coram domina Regina a die sancti Martini in quindecim dies vbicunqz &c. auditur Record et process predict si &c. Et vlterius &c. Idem dies dat est prefat Willielmo Combers &c. Ad quem diem coram domina Regina apud Westm ben predcus Willielmus Combers per attornatum suum predcum, Et Vic retorn quod ipse virtute breuis predicti sibi inde directi per Franciscum Pryor et Reginaldum Playle probos &c. Scire fac prefato Johanni Legat gen quod esset coram domina Regina ad diem predcum prout sibi per breue predictum preceptum fuit, Qui quidem Johannes Legat iuxta premunitionem sibi in hac parte factam per Georgium Lawley attornatum suum ben, Super quo predictus Willielmus Combers vt prius dic quod in Recordo & processu predictis ac etiam in redditione iuditij loquele predicte manifeste est erratum, allegando errores predictos per ipsum in forma predca allegatos, Et pet quod iuditium predcum ob errores predictos et alios in Recordo et processu predictis existent reuocetur, adnulletur, et penitus pro nullo habeatur, Et quod ipse ad omnia que ipse occasione iuditij illius amisit restituatur, Et quod Cur domine Regine hic procedat ad examinationem tam Recordi & processus predict quam Errorum predcorum superius assign, quodqz predcus Johannes Legat ad errores predictos reiungat &c. Super quo predictus Johannes Legat dic, quod nec in Recordo et processu preuictis nec in redditione iuditij loquele predicte in vllo est erratum, Et pet similiter qd Cur domine Regine hic procedat ad examinationem tam Recordi et processus predict quam materiarum illarum superius pro Error assignatarum, Et quod iuditium predictum in omnibus affirmetur, Et quia Cur &c. Michaelis 40. & 41. Eliz. in Banco Regis, Rotulo 279.

19 Domina Regina mandauit charissimo consanguineo et consiliario suo Francisco Comiti Bedford capitali Senescallo nostro Ducatus nostre Cornub. ac Cur Stannar nostrarum in Comit Deuon et Cornub. necnon feodi et manerij nostri de Trematon in dicto Comit Cornub. siue eius deputat aut locumtenen ibidem breue suum clausum in hec verba, Elizabeth Dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regina, fidei defensor &c. Charissimo consanguineo et consiliario suo Francisco Comiti Bedford capitali Senescallo nostro Ducatus nostre Cornub. ac Cur Stannar nostrarum in Com

Damages.

Briefe de inquir agard.

Errors assigne.

Error en le proces.

En le auowrie.

En le iudgment.

Scire fac ad audiend errores.

Scire fec retorne.

Errors assigne arere generalment.

In nullo est erratum.

Sur replevin en le Stannarie Court.

Le bre de Error.

Le direction al Stannarie Court

Com̄ Deuon̄ et Cornub. necnon feodi et manerij nostri de Trematon in dicto Com̄ Cornub. siue eius deputat aut locumtenen̄ ibidem salut, Quia in recordo et processu ac etiam in redditione iuditij loquele que fuit in Cur̄ nostra manerij predict siue breui nostro secundum consuetudinem eiusdem manerij int Walter Skelton & Johann̄ Starke & Nichol Arford de auerijs ipsi[9] Walter capt & iniuste detent vt dicitur, Error interuenit manifest ad graue dampn̄ ipsius Walteri sicut ex querela sua accepimus, Nos errorem si quis fuerit modo debito corrigi et partibus predictis plenam & celerem Justic fieri volentes in hac parte, vobis mandamus qd si iuditium inde reddit sit tunc record & pcess loquele pdict, cum omnibus ea tangentibus nob sub sigillo vestro distincte et aperte mittatis, Et hoc breue, Ita quod ea habeamus a die Pasche in vnum mensem vbicunque tunc fuerimus in Angl vt inspect record & processu predictis vlterius inde pro errore illo corrigendo fieri faciamus qd de iure et secundum legem et consuetudinem regni nostri Angl fuerit faciend, Teste meipsa apud Westm̄ vndecimo die Martij anno regni nostri quintodecimo. Record & process de quibus bri predicto fit mentio sequuntur in hec verba.

Le record. Manerium de Trematon. Cur̄ domine Regine ibidem tent coram Edward Hastings preclari ordinis Garterij Milite domino Hastings de Loughborough capitali Senescallo domine Regin̄ Ducat sue Cornub. vltimo die Julij ann̄ regni domine Elizabeth nunc Regine Angl tertiodecimo secundum consuetudinē eiusdem Cur̄ a tempore cuius contrarij memoria homin̄ non existit ibidem vsitat et approbat &c. Ad hanc Cur̄ ven̄ Walterus Skelton in propria persona sua et queritur versus Johannem Starke et Nicholaum Arford in placito captionis et iniuste detentionis aueriorum suorum, Et adtunc et ibidē inuenit pleḡ de pros querelam suam predict & de retorn̄ auueriorum predict habend si retorn̄ inde adiudicetur, videlicet Johannē Doo et Richardū Roo, Et petijt processum sibi superinde fieri secundum consuetudin̄ Cur̄ predicte, Et super hoc secundum consuetudinem eiusdem Cur̄ precept fuit preposit & desinat Cur̄ predicte quod aueria predca prefat Waltero Skelton deliberaret, Et quod pon̄ per vad & saluos pleḡ predcos Johann̄ Starke & Nicholaū Arford essend ad pr' Cur̄ domine Regine coram prefat Senescall ibidem vicesimo primo die Augusti extunc proxim̄ sequen̄ tenend ad respondend prefat Waltero Skelton de placito captionis et iniuste detention̄ aueriorum predictorum, Idem dies dat est pfat Waltero Skelton ibidem &c. Ad quam quidem pror' Cur̄ domine Regine coram pfat Senescallo ven̄ predictus Walterus Skelton in ppria persona sua et prefat preposit et desinat Cur̄ predicte retorn̄ quod deliberari fecerunt aueria predict prefato Waltero Skelton, Et quod predicti Johannes Starke et Nicholaus Arford attachiat fuerunt per duas vaccas pretij cuiuslibet eorum quadragint solid essend ad proxim̄ Cur̄ manerij predci prout eis pcept fuit, Et pdicti Johannes Starke et Nicholaus Arford per Willielmum French attornatum suum adtunc et ibidem comparuit, Super quo predictus Walterus Skelton secundum consuetudinem manerij predicti narrauit versus pdcos Johannem Starke et Nicholaum Arford in placito captionis & iniuste detentionum aueriorum suorum, Et vnde idem Walterus Skelton in propria persona sua dic, quod predci Johannes Starke & Nicholaus Arford vicessimo quarto die Julij anno regni domine nostre Elizabeth Dei gratia Angl, Franc, et Hibern̄ Regine nunc tertiodecimo clausum ipsius Walteri apud Brodmore infra Jur huius Cur̄ fregerunt et intrauerunt et viginti et vnam oues matrices de bonis et catallis dicti quer ibidem depascent ceperunt et eas vsque ad Castrum de Trematon fugauerunt et ibidem eas imparcauerunt et in parco detinuerunt contra vad & pleḡ quousque &c. ad dampn̄ dicti quer trigint solid, Et inde pduc sectam &c.

Le plaint. Narr en Repleuyn.

Et predicti Johannes Starke et Nicholaus Arford per attorn̄ eorum predictū ven̄ et defend vim et iniur quando &c. omnem captionē & quicquid &c. et saluis sibi omnibus & omnimodis aduantagijs per inde diem interloquendi, Et eis conceditur &c. Et super hoc dies inde dat est partibus predict coram prefat Senescallo vsque pror' Cur̄ dicte domine Regine coram prefat Senescallo ibidem vndecimo die Septembris extunc proxim̄ sequen̄ tenend, videlicet prefat Johanni Starke et Nicholao Arford ad interloquend et tunc ad replicand &c.

Li Jo. Spec. all.

Trematon ss. Cur̄ domine Regine ibidem tent coram Senescallo pdco vndecimo die Septembris anno regni Elizabeth Dei gratia Anglie, Francie, et Hibernie Regine, fidei defens &c. decimo tertio, secundum consuetudinem eiusdem Cur̄ a tempore cuius contrarij memoria hominum non existit ibidem vsitat et approbat &c. Ad quam quidem proxim̄ Cur' dicte domine Regine coram prefat Senescallo vndecimo die Septembris anno supradicto tent ven̄ tam predictus Walterus Skelton in propr persona sua quam predicti Johannes Starke et Nicholaus Arford per attornatum suorum predict et ijdem Johannes & Nicholaus defend vim & iniuriam quando &c. omnem captionem & quicquid &c. Et predictus Johannes Starke bene aduocat, Et predictus Nicholaus Arford vt balliuus et per mandat Agnet Roberts vid bene cognoscit captionem ouium predict' in predicto clauso in quo &c. et iuste &c. quia dicunt quod ipsi Johannes Starke et Agnes Roberts sunt et tempore quo supposit captionem ouium predict' fieri fuerunt seisiti de et in vno mesuagio et trigint acr' terre cum pertinentijs suis in Brodmore pdict vnde predict claus in quo &c. et predicto tempore quo &c. fuit parcell in dominico suo vt de feodo scilicet de septem ann in septem annos secundum consuetudinem eiusdem manerij de Trematon predict, Et quia predict viginti et vna oues predicto tempore quo &c. fuerunt in predicto clauso quo &c. herbam in eodem adtunc crescen̄ depascen̄ et conculcantes et dampn̄ in eodem clauso

Pone.

Auowrie pur damage fesant.

Retorne.

fuit

tunc et ibidē facientes, Idem Johannes Starke ut in iure suo proprio & idem Nicholaus Arford ut ballivus ipsius Agnete eodem tempore quo ec. ceperunt easdem viginti unam oves in predicto clauso quo ec. herbam adtunc et ibidē cres- cēn conculcantes et dampñ in eodem clauso tunc facientes et eas abinde usq; ad Castrum predict fugauerunt et abduxerunt, et in eodem Castro imperc auerunt prout eis bene licuit, Et hoc pa- rat sunt verificare, unde pet iuditium et retorn ouium predict sibi prefat Johanni Sarke & Ag- nete Roberts adiudicari ec. Et predictus Wal- terus Skelton in propria persona sua ven, et pet inde diem interloquendi, Et ei conceditur ec. Et super hoc dies inde dat est partibus predict co- ram prefat Senescallo ad proxim Cur dicte do- mine Regine coram prefat Senescallo vicesimo tertio die Octobr; extunc proxim sequen tenend videlicet prefato Waltero Skelton ad interlo- quend et tunc ad replicand ec. Ad quem quidem Cur dicte domine Regine ibidem tent ven tam predcus Walterus Skelton in propria persona sua quam predicti Johannes Starke et Nicho- laus Arford per attornatum suum predictū, Et super hoc predict9 Walterus Skelton per Wil- lielmum Parkyns attornatum suum, Et dic qd nec predictus Johannes Starke per aliqua pre- allegat nec predictus Nicholaus Arford ut bal- livus ipsius Agnete captionem auerioꝛum pre- dictorum in predicto loco ec. iuste aduocare seu iustificare debent aut eorum alter debet, quia protestando quod predictus Johannes Starke & Agnes Roberts nunquam fuerunt seisit de pre- dicto mesuagio et trigint acr; terre cum perti- nentijs in Brodmore in dominico eorum ut de feodo secundum consuetudinem manerij predict prout in aduocare predict continetur pro placito dic quod diu antequam pdicti Johannes Starke et Agnes Roberts aliquid habuerunt in tenētis predict quidam Johannes Hawdy fil Johannis Hawdy et Melizene uxoris eius fuit inde seisit in dominico suo ut de feodo seisit de septem an- nis in septem annos secundum consuetudinem manerij predicti, Et sic inde seisit existens ad special Cur manerij predicti tent apud Rocke- borough tricesimo die Octobris anno regni do- mine Elizabeth ec. Regine nunc tertio, idem Johannes Hawdy sursumreddidit tent predict in manus dicte domine Regine ea intentione et sub hac conditione quod predictus Walterus Skelton ill habere poterit, Super quod predict9 Walterus Skelton in eandem Cur cepit de dca domina Regina mesuag pdict & cetera premissa cum pertinentijs habend sibi hered & assigñ suis secundum consuetudinem manerij predicti & fe- cit eidem domiñ Regine fidelitatem, Et sic inde admissus fuit tenens secundum consuetudinem manerij predicti, virtute cuius idem Walterus Skelton fuit et adhuc est inde seisit in dominico suo ut de feodo secundum consuetudinem mane- rij predicti, Et hoc parat est verificare, unde pet iuditium et dampna sua occasione captionis et iniuste detention; auerioꝛum suorum predictoꝝ sibi adiudicari, Et super hoc predicti Johannes

Li. lo.

Barre al auowrie.

Surrender solonq; le custome.

Fuit admit tañ en fee.

Starke et Nicholaus Arford per attorn eorum predict petunt inde diem interloquendi, Et eis conceditur, Et super hoc dies inde dat est parti- bus predict coram prefat Senescallo ad proxim Cur dicte domine Regine ibidem tertiodecimo die Nouembr; extunc proxim sequen tenend, vi- delicet prefat Johanni Starke et Nicholao Ar- ford ad interloquend & tunc ad reiungend ec. Ad quem quidem proxim Cur dicte domine Regine coram prefat Senescallo predicto tertiodecimo die Nouembris extunc proxim sequen tent ven tam predictus Walterus Skelton in propr per- sona sua quam predicti Johannes Starke & Ni- cholaus Arford per attorn eorum predict et pre- dicti Johannes Starke et Nicholaus Arford dic quod nec ipse idem Johannes Starke de adu- cand nec predcus Nicholaus de cognoscend cap- tionem auerioꝛum predictorum in predicto loco in quo ec. idq; iuste ec. per aliquā per predictum Walterum Skelton preallegat pcludi non de- bent quia dic quod diu antequam predictus Jo- hannes Hawdy filius Johannis Hawdy et Mil- lezene predict aliquid habuit in premissis idem Johannes Hawdy maritus dicte Millezene fuit seisit in premissis in dominico suo ut de feodo scilicet de septem annis in septem annos secun- dum consuetudinem manerij predci, Et sic inde seisit aliam duxit uxorem diu ante predict Mille- zenam per quam primam uxorem suam habuit exit quendam Johannem primogenitum suum, Et postea pdca prima uxor eius obijt post cuius quidem mortem predict Johannes Hawdy cepit in uxorem dcam Millezenam, qui quidē Johan- nes et Millezena habuerunt exitum Johannē in placito predict Walteri Skelton replicand pla- cito spec est et obijt de pmissis seisit, post cuius quidem Johann Hawdy patris mortem predca Millezena in premissis intrauit & fuit inde seisit in dominico suo ut de libero tenemto scilicet ad termiñ vite sue secundum consuetudiñ manerij predci et ipsa de tali statu obijt inde protestand seisit, post cuius mortem mesuag et trigint acr terr cum pertinentijs in Brodmore predict dis- cendebant ut de iure discendere debent pfat Jo- hanni Starke et Agnete Roberts ut consangui- neo et hered dci Johann Hawdy primogenit ec. Et pfat Johann Starke ut filio Johanne unius fil Rogeri auunculi dci Johann Hawdy primo- genit ec. Et pfat Agnet Roberts ut alteri fil dci Rogeri auunculi dci Johann Hawdy primoge- nit ec. per qd ijdem Johann Starke et Agnes in clausum terre pdict intrauet et in tent pdict in- trauet et fuet inde seisit in dñico suo ut de feodo secund ec. Et quia ipsi sic inde seisit existen oves pdcas dco tempore quo fuet in pd clauso terr ec. herbam in eodem crescen depascen ec. ijdem Jo- hann Starke in iure suo pprio, Et pdict Nicho- laus Arford ut balliu9 dce Agnet Roberts pdict viginti unam oves in pdco clauso in quo ec. in- uent et herbam pdict adtunc et ibidē crescen de- pascen et conculcantes et dampñ in eodē clauso eodem tempore fat ceperunt & ill abinde ad Ca- strum pdict fugauet & abduxet in eodem Castro ill imparcauet put eis bene licuit, et hoc iust ec.

Li. lo.

Replicatio.

Discent.

Absq;

Trauers.

Absq; hoc q̄ pred Johannes Hawdy filius eorũdem Johanñ et Millizene vx' eius in plito ipsi9 Walteri Skelton replicād' placitat noiat vnq̄ fuit seisit de pred mesuag & xxx. acr terre in Brodmore in dñico suo vt de feod' scđm cōs maneriij pred scilicet de 7. ann; in septem añ modo et forma put ipse Walkus in dicta replication' sua allegauit, Et de hoc poñ se sup patriam &c. Et sup hoc idē Walter' Skelton pet inde die interloquend',Et ei conceditur &c. Et sup hoc,

Li.lo.

dies inde dat est ptib9 pdictis coram prefat Senescallo vsq; ad pr. cur dicte dom regiñ ibidem quarto die Decemb. añ quartodecimo pred' domine regine nunc &c. extunc pr. sequeñ tenend' &c. videlicet pref. Waltero Skelton ad interloquend' & tunc ad reiungend' &c. Ad q̄ qdem proxima cur dicte dom regine corā pf. Senescall' pd 4. die Decemb. extunc pr. sequeñ teñt veñ tā pdict' Walkus Skelton in ppria psona q̄ pred' Jo. Starke et Nicholaus Arford p attorñ suor pred, Sup quo pdict Walkus Skelton dic qd nec idem Johañ Starke captioñ auerior pre- dictorum in pred' loco in quo &c. p aduocat suum pred, Aut pd Nich. Arford captioñ pred' iust

Reioynder.

manutenere non debent quia p placito dic quod ad special cur maneriij pred ibid teñt primo die Octob. anno regni nup regis Edri sexti tertio ead Millizena preantea vx' Johannis Hawdy adtunc in sola viduetate sua cepit de dicto Dom rege ill' tenuram voc Brodmore vnde locus in quo &c. est pcell', virtute cuius eadem Millizena postea, viz. ad special' cur maneriij pred' ibidem teñt apud Rockborough infra maner' pred' xxx. die Octob. anno regni domine nostre Eliz. Dei

Surrender al vse.

gratia regiñ nūc 3. sursūreddidit in man9 dicte Dom regiñ tenur pred cum ptiñ ad opus et vsū Jo. Hawdy fil' et hered' apparent sui, Uirtute cuius idem Johannes Hawdy fuit inde seisit in dominico suo vt de feod' scđm cons maneriij pd, Cuius qdem Joh. Hawdy statū de & in premiss. idē Walk modo habet modo & forma put ipse in replication' sua supius placitauit, Et hoc pat est vificare vnde pet iudic & dāpñ occasioñ caption' & iniuste detention añior pd' sibi adiudicari &c. Et sup hoc pd Joh. Starke et Nich. Arford per attorñ eor pd' petunt inde diē interloquend', Et eis cceditur &c. Et sup hoc dies inde

Li.lo.

dat est ptib9 pd corā pf. Senescallo ad pr. cur' dom regine ibidem xxv. die Decemb. extūc pr. sequen' tenend, viz. pref. Joh. Starke & Nichol' Arford ad interloquend et tunc &c. Ad quam quidem pror. cur dicte dom regiñ coram prefat Senescallo predicto xxv. die Decembris extunc &c. sequeñ teñt veñ tam predictus Walterus Skelton in propria persona sua quam pred' Johannes Starke & Nich. Arford p attorñ eor pd, Et pred' Joh. Starke et Nich. Arford ptestand' q̄ placit pred' Walteri Skelton surreiungend modo predictis placitat minus sufficiens est in lege & beneficio sibi inde impostex omnin' saluo p placit qdem ydem Joh. Starke et Nichol' Arford vt prius dic quod diu ante pred' primū

Surreioynder.

diem Octob. anno regni dicti nup regis Ed. 6. tertio supradicto pred' Joh. Hawdy nup maritus pred Millezene fuit seisit de pred' tenur voc Brodmore vnde &c. in dñico suo vt de feodo, viz. de septem annis in septē annos scđm cons. Manerij pred, Et sic seisit, obyt inde seisit post cuius mortem pred Millezena in tenuram pdict. vnde &c. intrauit et fuit seisit in dñico suo vt de libero teñto ad terminū vite sue, viz. de septē annis in septem annos secundum cons. maneriij pdicti, Et ipsa sic inde seisit vt de libero tenemēto ad terminum vite sue de septem scilicet ann; in septem annos secundum cons. maneriij illius pred' primo die Octob. dicto anno dicti nup reg; Ed. 6. tertio supdicto, tenurā illā vnde &c. modo & forma pred de dicto nup rege cepit et fuit inde seisit ad tmiñ duntaxat vite sue, viz. de septem ann; in 7. annos scđm cons. maneriij pred', Et ipsa sic inde seisit eadem Millezena predict tricesimo die Octobris dicto anno dicte nup regine tertio supdicto, tenurā pred' vnde &c. modo et form pd sursumreddidit q̄ sursumreddit illa fuit ↄtra cons. maneryj pred', Absq; hoc qd

Trauers.

pred Millezena tēpore sursūredditioñ pred fuit de pred' tenura vnde &c. seisit in dñico suo vt de feodo, viz. de septem annis in septē annos scđm cons. maneriij pd' modo & forma put pd' Walk Skelton supius surreiungendo allegauit, Et hoc pat sunt vificare vnde pet iudic et retorñ omnium pd' vna cum dāpñ sibi pf. Joh. Starke et Agnete Roberts adiudicari, Et sup hoc idem Walk Skeltō pet inde diē inkloquēd', Et ei ↄcedit &c. Et sup hoc dies inde dat est ptibus pd

Li.lo.

corā pf. Senescal' vsq; ad pr. cur dict dom regiñ ibidem xvj. die Januarij extunc pror. sequent tenend viz. pfat Walter Skelton ad inkloquēd & tunc ad respondend &c. Ad quem quid proximā Curiā dēe dñe Regiñ corā pfat Senescallo pdict decim sexto die Februat extunc proximo sequeñ teñt, veñ tā pred' Walk Skeltō in ppr psona sua q̄ pdict Jo. Starke et Nich. Arford p attorñ eor pd, Ad quē diē pd' Walk Skelton ptestand q̄ placit pred Johañ Starke & Nich. Arford minus sufficiens est lege p placit vt prius dic q̄ sursumreddic dict tmini p dict Millezenam in placito dicti Walk Skelton superius

Rebutter.

placitat iusta fuit scđm cons. maneryj pred, Et sic idem Walk Skelton in facto dic q̄ ead Millezena tempore sursumreddic pred fuit seisit de pred tenur cum ptiñ in dñico suo vt de feodo, viz. de septem ann; in septem annos de tali statu q̄ ead tūc potuit sursūreddere per cons. maneriij, Et hoc pet q̄ inquirat p patriam, Et pd

Issue.

Jo. Starke et Nich. Arford similit &c. Ideo precept pf. prepośit et desinat cur pd q̄ venire fac corā pf. Senescallo ad pr. cur dicte dom regine ibid sexto die Febr extunc pror. sequeñ tenend 12. &c. per quos &c. Et qui nec &c. ad recogñ &c. Quia tam &c. Idem dies dat est partibus pdict. ibidem &c.

Ad q̄ qdē pr. cur dict dom regine corā pref. Senescallo pred sexto die Feb. teñt veñ tā pred Walk Skelton in ppr persona sua, quam pref. Johannes Starke et Nichol' Arford per attorñ eorum predict, Ac de prefat prepośit et desinat Cur predicte retorñ noia xu. &c. & bre predict' in

 omnib9

oibus fuit et execut & adtunc & ibidē p̄red fuit pref. ꝑposit et desinat cur̄ p̄d ꝙ corpora Jur̄ p̄red corā pref. Senescallo ad pr. cur̄ dict' dom̄ regine ibidē xxvij. die Febr̄ extunc pr. sequen̄ tenen̄ haberet ad faciend iurā p̄red' int̄ ptes p̄red' d plit p̄red', Idē dies dat fuit ptib⁹ p̄red ibidē &c. Ad quē q̄dē pr. cur̄ dicte dom̄ regine corā pf. Senescallo ibidē tent ven̄ tam p̄red Waltus in ꝓpri pson' sua ꝙ p̄red' Joh. Starke et Nichol Arford p attorn̄ eorū p̄red, Et pref. ꝑposit & desinat cur' p̄red' retorn' breue p̄red' in oib⁹ seruit & exit, Et Jur̄ iurē p̄red' exact' similit ven̄ et sup eox sacram dic ꝙ p̄red' Millezena Hawdy vid tēpore sursūreddic p̄red' viz. xxx. die Octob. an̄ iy. regni dom̄ Elizab. fuit seis de p̄red' tenura voc Brodmore cū ptin' vt de libero tent scilt p t̄mino vite sue, viz. de septē ann̄ in septē annos secund' cons. manerij p̄red' de tali statu ꝙ eadē tūc non potuit sursūreddere p cons manerij p̄red', Nisi rect' hered' tantū et tax' damp̄ p querēt vel defendent cui lex vult adiudicare ad octo denar' pro mis. et custag̃ suis ad duos solid vnde tam p̄d q̄rēs ꝙ p̄d defēd' pet iuditiū, Et quia pf. Senescallus cur̄ p̄redict' se aduisare vult, dies inde dat est partibus p̄red' vsque ad cur̄ dicte domine regine ibidem vicesimo die Marcij extunc pr. sequen' tenend, Ad quem diem, videlicet decimo die Marcij anno quintodecimo p̄redict' Regine nostre nunc Elizabeth venet tam p̄red' Johannes Starke et Nicholaus Arford per attornat eorum predictum quam predict' Walterus Skelton in propria persona sua, Et predictus Walterus Skelton protulit exceptiones in retardation' Juditij sequen', videlicet The auowants in their replication haue tendred an issue, Absq; hoc which ought to haue béen tried without new matter of pleading whereby a second issue offred and taken by the auowant is most apparant error, and therefore no iudgement ought to be giuen, Item the triall was not in force iudicially within the Castle, and therfore in an other place coram non Judice, and therefore mearely voyd, Item there is discontinuāce of the proces and causes by many tenants, Itē there is error in the verdict for they should haue said Millezent was seised for life and not in fée according to the custome, Item the issue is farder, that she was seised of such estate that shee might surrender, and the Jury haue found that she might surrender to some body, which sufficiently proueth the issue and sēdeth for ỹ plaintife wherby if any iudgement in this case were to be giuen it is for the plaintife, Item the auowants in their Replication haue alledged that John Hawdy the Father had issue John Hawdy by his first wife and after his first wife died and the sayd John Hawdy tooke to wife Millizent &c. now whether John Hawdy the father or John the son maried Millizent is not in the plee shewed, and therefore the law intēdeth the same to be John the sonne, for that the plee shalbe taken strōgest against the pleader of the same, and so for want of certainty manifest error, Itē the whole verdict quite varieth from the issue & is also p & ꝯtra like a Welchmans hosemere contrary in it selfe, & therfore error which is apparant contrary, Item the verdict is found with two negatiues which is an affirmatiue, & therfore she may surrēder to any pson from the right heire & so ỹ verdict for the pl, for ỹ words be these de tali statu ꝙ eadē nō potuit sursūredrere p ꝯs. manῦ p̄d nisi ad rect hered', so as non & nisi be 2. negatiues which affirm she may surrender to a strāger, wherfore if any iudgement be giuē against the pl manifest error for that ỹ verdict is found for him which is matter of record &c. exceptiō ex parte Starke & Arford & Skelton ỹ issue in ỹ principal point is foūd for ỹ def. & therupon iudgemēt may be giuen so vpon ỹ verdict this verdict doth fine ỹ ỹ surrēder according to ỹ issue ioyned is not good & therefore iudgemēt is to be giuen accordiug, Et sup hoc vis. ꝑmiss. & p cur hic pleni⁹ intellect' ꝯ. est p cur hic ꝙ p̄d Jo. Starke et Nich. Arford recupet vs. pf. Waltū Skeltō dāpn̄ sua p̄d de octo denar vltra mis. & custag̃ duos solid & p mis. et custag ad 6. libr eisd Joh. Starke et Nich. Arford p cur hic adiudic q̃ q̄dē in toto se atting ad 6. libr et 8. denar, Et p̄d Walt Skeltō in mia &c. Sup ꝙ p̄d Jo. Starke & Nich. Arford petier exec supinde fieri, Et quia p̄red' Senescal' cur' p̄red' adhuc aduisare vult, dies dat fuit ptib⁹ p̄d vsq; pr. cur ibid' tenēd, viz. x. die April, Ad quē q̄dē pr. cur tā p̄d Jo. Starke et Nich. Arford ꝙ p̄d Walt⁹ Skeltō p attorn̄ suos p̄d' appeciat, Et p̄d' Walt Skelton ꝓtulit mihi bre dom̄ regiñ de errore hic record' ānex' &c. Postea, scilt die Ven̄ pr. post 15. scē Trin' isto eod' termin' corā dom̄ regin' apud West. ven̄ p̄red' Walt Skelton p Tho. Web attorn̄ suū, Et stat dic ꝙ in record' & pcess. p̄d', Ac etiā in redditione inditij p̄d' manifeste est errat, Inprim̄ p eo ꝙ p̄d' Walt Skeltō tulit et fec querel suā p̄red' vs. p̄d' Jo. Starke et Nich. Arford de plit caption' et iniuste detentiō añiox suox tantū modo, Et postea narrādo sup querel' ill' q̄rebat tā p fractione clausi ipsi⁹ Walt ꝙ p captione et detentione añiox p̄d' in hoc viz. ꝙ querel' p̄d nō manutenet narration' p̄d' p fraction claus. p̄red', Itē ert est in hoc ꝙ vbi p̄red' Jo. Starke & Nich. Arford in reiunctione sua p̄red' fecer' titul' pref. J. Starke & Agnet Roberts ad tent p̄d cū ptin' & ꝯcludūt cum trausia quadā viz. pritando absq; hoc ꝙ p̄red' Jo. Hawdy fili⁹ p̄red' Jo. Hawdy et Millezen vx' ei⁹ vnq; fuit seis de p̄red' mesuag̃ & xxx. acr' tr' in Brodmore in dñico suo vt de feod' p̄retamē Walt Skeltō ad trausiā ill' null' modo respōd' nec erit supinde iūrit put p legē debuisset sicq; in record' p̄d' a maria erit illius sic oblata manifesta habet deptut put supius ꝯstat de record', Necnō errat est in hoc manifeste ꝙ non apparet p aliq ptē recordi p̄d' 12. pson' per quas Vedict p̄d' redit fuit vnq fuisse elect trial & iurat ad triād' erit p̄d' put in fēo elegi trial et iurat debuissēt nec p idē record' aliqualit liquet qui fuer' Jur' iurē p̄redicte, Insuperq; in recordo et process. p̄redict, Erratum est in hoc, viz. quod vbi erit prdictus int ptes p̄d' iūc' fuit vtrū

p̄red'

Verdict.

Aduisatur.

Exceptions en arrest de Iudgement.

Iudgement.

Error port.

Errors assigne.

Le plaint ne mainteine le Count.

Departure

En le triall.

predict' Millezena tēpore sursumreddit p̄d fact, fuit seis de p̄d tenura cū ptin̄ in dn̄ico suo vt de feod de tali statu q ipsa tūc potuit sursūreddere p 9suetud maner' p̄d, Et Jur p̄d reddider veredictū suū in forma sequen̄, viz. q p̄d Millezena Halwdy tempore sursumreddit p̄d fuit seisit de p̄dict tenura cum ptin̄ vt de libero ten̄t scilt p tmin' vite sue de tali statu q ipsa tūc nō potuit sursūreddere p consuetud manerij p̄d nisi ad rectum hered tantū, Et sic p eo q Jur p̄d non inuener mat'iā p̄d p ptes p̄d ad exit p'litat sed etiā materiam de qua non fuer on̄ati ad inquirend siquid est errat prout supius constat de record,

En le verdict.

Et per idem Walt'us breue dn̄e regine ad premuniend p̄dictos Johann̄ Starke et Nicholaū Arford essendi corā dom̄ regina auditur record et p'cess. p̄d, Et ei concedit &c. p q p'rec est vic' q per p'bos &c. scire fac p̄f. Joh. Starke & Nichol' Arford q sint coram dom̄ regin̄ in crastin̄ Animar vbicunq &c. auditur record et p'cess. pred si &c. Et vic' &c. Jdē dies dat est p̄f. Walto Skelton &c. Ad quē diē corā dom̄ regin̄ apud Westm̄ ven̄ p̄d Walt' Skelton p attorn̄ suū pred,

Scire fac' ad audiend errores agard.

Et vic' retorn̄ q virtute breuis dom̄ regin̄ sibi inde directi sciri fecit p̄d Joh. Starke et Nichol Arford essendi corā dom̄ regina put eis preceptū fuit auditur record et p'cess. p̄d &c. p Nicholaum Hellier et Joh. Cardew p'bos &c. Qui quidem Joh. & Nichol' licet sic p̄munit et 4. die p'liti solempnit' exact non ven̄,

Scire feci retorne.

Sup quo p̄d Waterus Skelton vt prius dic' q in record et p'cess. p'redc', Ac etiā in redditione Juditij pred manifeste est errat allegand' errores pred p ipsū supius in forma pred allegat, Et pet q iudic' pred ob errores ill' et alios in record & p'cess. p̄d existen̄ reuocet adnullet et penitus p nullo habeat, Et q ipse ad oīa q̄ occasione iuditij pred amisit restituat, Et quia cur dom̄ reg' hic de Juditio suo de et sup p̄miss. reddēd nōdū aduisat, dies inde dat est p̄f. Walto in statu quo nunc corā dom̄ regin̄ in oct sci Hill' vbicunq &c. de iuditio suo de et sup premiss. audiēd &c. eo q cur dom̄ Regin̄ hic inde nōdū &c. Ad quē diē corā dom̄ regin̄ apud West. ven̄ pred Walt'us Skeltō p attorn̄ suū p̄d,

Errors assigne arere generalmt.

Sup quo vis' et p cur dn̄e regin̄ hic plenius intellectis tā record et p'cess. p̄d q erroribus p̄d supius assign̄ cons' est q iuditiū pred ob errores illos et alios in record et p'cess. pred existen̄ reuocet adnulletur, Et penitus p nullo habeat, Et quod pred Walterus ad oīa que ipse occasione Juditij p̄d amisit restituat &c. Trin 15. Eli. regin̄ Rot 78. in banco Regis.

Iudgement reuers.

Extent.

Extent sur statut Marchant. Recital del Capias hors del chauncery.

1 Somers ss. PReceptum fuit vic' sicut alias eidē vic' precepat Rex cum nup vic' ciuit Bristol' p brē suū p'cepat rex q corpus Gregorij Rawles nup de Hilfarrence in pred com̄ Somers gen̄ si laicus esset & inuent fuisset in balliua sua capent et in prisona domini regis saluo custodiri facent donec Rico Farewell de ciuit Bristol gen̄ de ducent libr plene satisfecisset quas idē Gregorius quarto die Octobris an̄ regni domini Regis nunc Anglie Francie et Hibernie tertio et Scotie tricesimo nono corā Thoma James tunc Maiore ciuit Bristol et Jeronimo Ham gen̄ adtūc Cl'ico et custod sigilli ad recuperation̄ debit mercator apud pred ciuitatem Bristol accipiend deputat et assignat recognouit se debere prefato Rico quas ei soluisse debuisset in festo Sancti Luce Euangelist tunc px. futur, et eas ei nondum soluit vt dic', Et qualit illud preceptum Domini regis foret execut scire fac Justic ipsius domini regis hic a die Sancti Martini in xv. dies vlt preterit ijdē Vic' ciuitatis Bristol eisdem Justic dicti domini Regis hic ad diem illum mand q pred Gregorius laicus fuit et non inuent in balliua sua q oīa bona catalla t'ras et ten̄t predict Gregor in balliua sua de quibus idem Gregorius p̄d die recognition̄ debiti pred vel vnq postea fuit seisitus vel possessionatus ad quorūcunq manus deuener nisi alicui hered infra etatem existen̄ p descensū hereditariū descenderunt prefato Richardo liberari facet p rationabile preciū et extent detinend sibi bona & catalla predicta vt bona et catalla sua propria, ac etiā tenend terr et ten̄t p̄d vt liberū ten̄t suū sibi et assign̄ suis iuxta form̄ statuti inde edit et puis quousque debitum pred' vnacum damp̄n & custag suis necessarijs vt in laboribus sectis dilationibus et expens inde leuauerit, Et nihil ominus corpus dicti Gregorij si inuent fuisset in balliua sua capet, Et in prison̄ dom̄ regis saluo custodiri facet donec p̄f. Rico de debito pred' plene satisfecerit in forma p̄dicta, Et qualiter idem vic' illud preceptū Dom̄ regis foret execut constare faceret Justic domini regis hic ad hunc diem scilt a die Pasche in quinq septimanas, Et modo hic ad hunc diem ven̄ pred' Richardus in propria p'son̄ sua, Et vic' predicti com̄ Somers, viz. Thomas Horner armig modo mand hic quandam Inquisitionem coram eo apud Bridgewater in predicto com̄ Somers decimo die Aprilis vlt preterit p sacram̄ xij. captā p quam compert existit quod predictus Gregorius ante predictum diem captionis Jnquisitionis predicte scilicet deciū die Nouembris anno regni dicti domini regis nūc tertio seisitus fuit et adtunc seisitus existit in dominico suo vt de libero tenemento pro tminō vite sue de & in vno mesuagio tribus claus terre prati et pasture vocat Wetley continen̄ per estimationem tres acras, nouem acr pasture vocat Woodfeilds quinquaginta acr terre prati et pasture ac de et in claus. terre continen̄ vnam acram vocat le place acre decem acr terre vocat Chappethaynes vno claus. prati continen̄ quinque acr vocat Newmeade tribus claus. terr & pastur continen̄ xxv. acr voc' Chappelcroft septem acris terre pred' tribus clausis adiacen̄, Que p̄missa iacent et existunt in Oke in predicto comitat Somers. Et clare valēt per annum in oibus exitibus vltra repris. xvj. libras Et vlterius p Inquisition' p̄dictam compt existit q Johann' Wyke ar seisitus fuit in dn̄ico suo vt de feodo de et in duobus molendin̄ aquatic granat voc' Pynched milles in Pynched-

Inquisition retorne sur lextent.

 flory

flor in p̄dicto com̄ Somers et sect' custumari-
orum teneñ de Pyncheðflory in p̄dicto comitat
Somers ac de et in mesuagijs structuris cursi-
bus aquar cōmoditatibus et p̄ficuis molendin̄
p̄d spectañ et ptineñ cum suis ptiñ ac de ⁊ in v-
na pcella terr voc the Orchard plot contineñ v-
nā acram in Pynchedflory p̄d, Et sic inde sei-

Lease p̄ ans

situs existens idem Johañ Wyke apud Pine-
hed p̄d p Indentur suam sigillo sigillat gereñ
dat xj. die Junij anno regni dicti domini Regis
nunc Anglie secundo dimisit molendina p̄dicta
et cetera premissa superius vlt recitat (piscati-
one in aqua p̄d excepta) cuidam Georgio Dyer
seniori a die dat Indenture p̄dicte pro termino
et ad terminum nonaginta et nouem annorum
extunc pror. sequeñ ⁊ plenarie complend si pred
Georḡ Dyer, Georgius Dier filius eius ⁊ qui-
dam Gregor Rawles vel aliquis eor, virtut cu-
ius dimissioñ p̄dictus Georgius pater in mo-
lendina p̄dicta et cetera p̄missa cum ptiñ (except

Assigne ouster le term

percept) intrauit ⁊ fuit inde possessionat, Et sic
inde possessionat existens idem Georgius per
Indenturam suam sigillo suo sigillat gereñ dat
vicesimo die predicti Mens Junij anno secun-
do supradicto apud Pinehedflory predictam de-
dit et assignauit tot statum terminū et interesse
sua de et in premiss. (except preexcept) prefato
Gregorio Rawles executorib9 et assignatis su-
is, Virtute cuius assignationis idem Gregori-
us in molendina predicta et cetera premissa cū
pertinentijs (except preexcept) intrauit et fuit
et predicto die captionis Inquisitionis predicte
inde possessionat existebat, Et clare valent per

Le value.

annum in omnibus exit vltra repris sex libras,
Et vlterius per Inquisitionem predictam com-
pertum existit quod predict9 Gregori9 Rawles

Nul auters terres.

nulla alia habuit bona nec catalla nec alia siue
plura terr aut tenementa in predicto com̄ So-
mers predicto tempore recognitionis debiti p̄-
dicti nec vnquam postea ad notitiā Jur Inquisi-
tionis illius, Et vlteri9 idem vic modo hic mā-
dat quod virtute breuis predicti sibi directi om-
nia catalla terr et tenementa predicti Gregorij
in balliua sua in Inquisitione predicta spec et
compert de quibus predictus Gregori9 predict.
die recognitionis debiti predicti vel vnquā po-
stea seisitus vel possessionatus fuit decimo die
Aprilis anno regni domini regis nunc Anglie
quarto prefato Richardo Farewell liberari fe-
cit per pretium et extent in Inquisitione predi-
cta spec et express. tenend sibi catalla predicta vt
catalla sua propria ac etiam tenend terr et tene-
menta predicta vt liberum tenementum suum
sibi et assignatis suis iuxta formam statuti pre-
dicti quousq debitum predictum vnacū damp-
nis ⁊ custagijs suis necessarijs vt in laboribus
sectis dilationibus et expensis inde leuauerit
prout per breue illud sibi preceptum fuit ⁊c. Et

rum Johannis Cope & Margarete Humfridi & ei Elizabeth & illa remiserunt & quiet clam de ipsis Johanne Cope & Margareta Humfro et Elizabeth et hered suis predictis Willielmo Thome Willielmo Johanni Hunt Hugoni Johanni Briden Richardo et Henrico et heredibus ipsius Henrici imperpetuum, Et preterea ijdem Johannes Cope et Margareta et Humfridus et Elizabeth concesserunt pro se et heredibus ipsius Humfridi quod ipsi warrant predictis Willielmo Thome Willielmo Johanni Hunt Hugoni Johanni Briden Richardo et Henrico et hered ipsius Henrici predicta maneria tenementa reddit bullat et communiam pasture cũ pertinentijs, ac aduocationes predictas contra predictos Johãnem Cope et Margaretam et Humfridum et Elizabeth et hered ipsius Humfridi imperpetuum, qui quidem finis in forma predicta leuat ingrossat fuit et postea in predicta curia predicts nuper regine secundum formam statuti in parliamento domini Henrici nuper Regis Anglie septimi apud Westmonasterium in comitatu Middlesex anno regni sui quarto inde edit et prouis publice et solempnit lectus et proclamat fuit in forma sequen, videlicet prima proclamatio facta fuit coram prefat nuper Justic dicte nuper regine apud Westmonasterium predictam vicesimo septimo die Aprilis termino Pasche ann regni eius nuper Regine primo supd, secunda proclamatio facta fuit primo die Maij eodem termino, tertia proclamatio facta fuit quarto die May eodem termino, quart proclamatio facta fuit septimo die May eodem termino, quinta proclamatio facta fuit sexto die Junij termino sancte Trinitatis anno regni dicte nuper regine primo supradicts, sexta proclamatio facta fuit octauo die Juny eodem termino sancte Trinitatis, septima proclamatio facta fuit vndecimo die Juny eodem termino sante Trinitatis, octaua proclamatio facta fuit tertio decimo die Juny eodem termino sancte Trinitatis, nona proclamatio facta fuit vicesimo primo die Nouembris termino sancti Michaelis annis regnorum domini Philippi nuper regis et dicte domine Marie nuper regine Anglie primo & secundo, decima proclamatio facta fuit vicesim tertio die Nouembris eodem termino sancti Michaelis, vndecima proclamatio facta fuit vicesimo sexto die Nouembris eodem termino sancti Michaelis, duodecima proclamatio facta fuit vicesimo octauo die Nouembris eodem termino sancti Michaelis, tertia decima proclamatio facta fuit quinto die February termino sancti Hillary annis regnorum dictorum nuper regis et regine Philippi et Marie primo & secundo supradictis, quarta decima proclamatio fact fuit septimo die February eodem termino sancti Hillary, quinta decima proclamatio facta fuit nono die February eodem termino sancti Hillary, sexta decima proclamatio facta fuit duodecimo die February eodem termino sancti Hillary prout per finem illum in curia domine regine nunc hic de recordo remanen plene liquet, Et idem Sampson Baker dicit quod temporibus lectionum proclamationum predictarum in forma predicta factarum omnia plit in predict curia dictorum nuper regis et regiñ Philippi et Marie cessauer secundum formam statuti predicti, qui quidem finis in forma pred leuat habit et leuat fuit ad vsũ predict Hũfrid Stafford et hered suorum, virtute cuius finis idem Humfrus Stafford fuit seisitus de tenementis predictis cum pertinentijs modo petit in dominico suo vt de feodo cuius quidẽ Hũfri Stafford statum de & in eisdem tenementis cũ pertinentijs idem Sampson Baker modo hẽt, Et idem Sampson Baker vlterius dic quod p̃dictus Thomas Willenhale tempore leuationis fin p̃d fuit infra quatuor maria sane ment et plene etatis extra quamlibet prisonam, ac ꝙ predictus Humfrus Stafford seisinam suá predict de & in tenementis p̃dictis cum pertinentijs modo petitis continuauit per quinꝙ annos proxim post proclamationes predict in form p̃d factas absque aliqua legali actione versus eundem Humfrum per predictum Thomam Willenhale prosecut, Et hoc parat est verificare vnde pet iuditiũ si predict[9] Thomas Willenhale actionẽ suam predictá contra finem predictum cum proclamationib[9] p̃dictis in forma predict leuat versus eum habere debeat &c. Et predict Thomas Willenhale dic quod ipse per aliqua preallegat ab actione sua predicta habend precludi non debet quia dic quod tenementa predicta cum pertinentijs modo petit non continẽtur in fine p̃d, Et hoc parat est verificare vnd pet iudic & seisiñ de eisdẽ teñtis cum ptinen sibi adiudicari &c.

Les proclamations.

Que estate.

Replicatiõ nient comprise en le fine.

Et predictus Sampson Baker vt prius dicit quod tenementa predicta cum pertinentijs continẽtur in fine predicto prout ipse superius allegauit, et de hoc ponit se super patriam, et predictus Thomas Willenhale similiter, Ideo prec est vic quod venire fac hic in Octabis sancti Michaelis duodecim &c. per quos &c. et qui nec &c. ad recogñ &c. Quia tam &c. recordatur per curiam termino sancte Trinitatis anñ regñ dñe regiñ nunc xiij. ꝙ plit istud non hẽt dic cõtinuation vlt p̃d octab. sci Mich. Ideo plit istud discontinuat p cur. P. 11. El. rot 1245. in coĩ banco.

Issue.

Discõtinuãces record

8 Salop ss. Johannes Crowther de Astley per Thom Cobbe attornat suum pet vers Jo. Crowther de Midleton et Elianoram vxorem eius et Johannem Jefferies duo mesuag, duo gardina, sexaginta acras terre, duodecim acr prati, viginta acras pasture, et duodecim acras bosci cum pertinentijs in Ditton que Johañ Crowther consanguineus pred Jo. Crowther de Astley dedit Thome Crowther iunior fil Thome Crowther filij eiusdẽ Johañ Crowther consanguinei et hered ipsius Thome Crowther iunior de corpore suo exeuntibus Et que post mortem predicti Thome Crowther iunior et Johannis Crowther de Midleton filij et heredis eiusdem Thome et

Count en Discender per fits & heire.

Thome Crowther fil et hered eiusdem Johannis prefat Johanni Crowther de Astley fil et heres eiusdem Thome descendere debent per formam donationis predicte ec. Et unde dicit quod predictus Johannes Crowther consanguineus predict' Johannis Crowther de Astley dedit tenementa predicta cum pertinentijs prefato Thome Crowther iun fil Thome Crowther fil eiusdem Johannis Crowther consanguinei & heredis ipsius Thome Crowther iun de corpore suo exeun in form pred ec. per quod donum predictus Thomas Crowther iun fuit seitus de eisdem tenementis cum pertinentijs in dominico suo ut de feodo et iure per formam ec. tempore pacis tempore domini Henrici nuper regis Anglie octaui post conquest' capiens inde explen ad valent ec. et de ipso Thoma Crowther iun descend ius per formam ec. cuidam Jo. Crowther fil pd Tho. Crowther iun ut fil & heres ec. et de ipso Jo. fil pred Thome Crowther iun descend ius per formam ec. cuidam Thome Crowther ut fil et heres ec. et de ipso Thoma descend ius per formam ec. isti Jo. qui nunc pet ut fil et hered predict Thome fil predicti Johannis fil predicti Thome Crowther iun, Et que post mortem ec. et inde produc sectam ec.

Vn des tenants plead non tenure

Et pdictus Johannes Crowther de Midleton iam un tenen et Elianora et Johannes Jefferies per Willielmum Nelson attornat suum ven et defens ius suum quand ec. Et idem Jo. Jefferies dicit quod ipse tenementa predict cum pertinentijs prefato Johann Crowther de Astley reddere non potest quia dicit quod ipse non est tenens tenementorum predictorum cum pertinentijs ut de libero tenemento nec fuit die impetrationis breuis original ipsius Johannis Crowther de Astley nec unquam postea et hoc parat est verificare unde petit iuditium de breui predicto ec. Et predicti Johannes Crowther de Midleton et Elianor dic quod predictus Johannes Crowther de Astley actionem suam predictam versus eos habere non debet,

Lauters plead é bar.

quia dic quod diu ante antequam predictus Johannes Crowther donator aliquid habuit in tenementis predictis cum pertinentijs, quidam Willielmus Crowther consanguineus ipsius Johannis Crowther iam un tenen videlicet pater Willielm Crowther patris Willi Crowther patris Thom Crowther patris ipsius Jo. iam unius ten fuit seisit de tenementis predictis cu pertinenti? in dnico suo ut de feodo & sic inde seisit existen habuit exit predict Johann Crowther donator filiu suum iun et predictum Willielm Crowther proauu ipsius Johannis Crowther iam un tenen, idemque Willielm' Crowther consanguineus sic inde seisit existen

Done en taile.

eadem tenementa cum pertinentijs dedit pred Willielm Crowther filio suo et hered de corpore suo exeun, virtute cuius doni idem Willielmus fuit inde seisitus in dominico suo ut de feodo talliato per forma doni predicti, Et idem Willielmus sic inde seisit existen habuit exit de corpore suo legitime procreat predict Willielmum Crowther auu ipsius Johann Crowther iam unius tenen, ac predictus Willielm Crowther proauus de tenementis predictis cum pertinentijs seisitus existens de tali statu suo obijt inde seisit, post cuius mortem predictus Johannes Crowther donator in tenementa predicta cum pertinentijs abatauit et fuit inde seisitus in dominico suo ut de feodo per abatamentum, Et sic inde per abatamentum illud seisit existen tenement predicta cum pertinentijs dedit prefato Thome Crowther iun fil predicti Thome Crowther fil eiusdem Johannis prout predictus Johannes Crowther iam petens per breue et narr sua predicta superius supponit, Ac predictus Willielmus Crowther auus ipsius Johannis Crowther iam unius tenen habuit exit de corpore suo procreat predictum Thomam Crowther patrem ipsius Johannis Crowther iam unius tenen, Ac predictus Johannes Crowther auus predicti Johannis Crowther iam peten post donum predictum per predictum Johann Crowther consanguineum fact dedit et concessit eadem tenementa cum pertinentijs prefat Thome Crowther patri ipsius Johannis Crowther iam unius tenen, Habenda et tenenda eidem Thome et heredibus suis imperpetuum, virtute cuius doni idem Thomas fuit inde seisitus in dominico suo ut de feodo, Et sic inde seisitus existen habuit exit de corpore suo legitime procreat ipsum Johannem Crowther iam unum tenen, et postea de tali statu suo obijt inde seisit post cuius mortem tenementa predicta cum pertinentijs descend eidem Johanni Crowther iam uni tenen ut fil et hered predicti Thome patris sui per quod idem Johannes in tenementa predicta cum pertinentijs intrauit et fuit inde seisitus in dominico suo ut de feodo talliat sibi et heredibus de corpore suo legitime procreat ut in suo remittere, Et hoc parati sunt verificare unde petunt iuditium si predictus Johannes Crowther iam petens actionem suam predictam versus eos habere debeat ec. Et predictus Johannes Crowther de Astley quoad predictum placitum predicti Johannis Jefferies in cassationem breuis sui predicti superius placitat dicit quod breue illud ratione preallegata cassari non debet, quia dicit quod die impetrationis breuis original ipsius Johannis Crowther de Astley scilicet primo die Junij anno regni domine Regine nunc quarto, predictus Johannes Jefferies fuit tenens tenementorum predictorum cum pertinentijs ut de libero tenemento prout per breue predictum supponitur, Et hoc pet quod inquirat per patria, Et predictus Johannes Jefferies similiter, Et quoad predict placitu predictorum Johann Crowther et Elianore superius in barr placitat dic quod ipse p aliqua in eod plit pallegat ab actione sua pd his eos habend precludi non debet, Quia dic quod pdictus Johann Crowther donator post mortem predicti Willielm Crowther proaui in tenementa predicta cum pertin

Abatement en terres.

Issue sur le nontenure.

non

non abatauit nec fuit inde seisit in dominico suo vt de feodo per abatamentum modo et forma prout predicti Johannes Crowther de Midletō et Elianora superius allegauerunt, Et hoc pet quod inquiratur per patriam et predicti Johannes Crowther de Midletō et Elianora similiter, Ideo quoad triand tam exitum istum quam predictum alium exitum inter predictum Johannem Crowther pet et prefatum Johannem Jefferies superius iunct, precept est vic quod venrie fac hic in crastino sancte Trinitatis duodecim &c. per quos &c. et qui nec &c. ad recogn &c. Quia tam &c. Ad quem diem hic venerunt partes &c. et vicecom non mis breue, Ideo quoad triand exit predictos inter partes predictas superius iunct sicut prius precept est vic quod venir fac hic in crastino animarum duodecim &c. ad recogn in forma predicta &c. Hillarij octauo Eliz. rot 953. communi banco.

Issue sur le abatement.

Ven fac.

9 Suff. ss. Willielmus Wodshid per Robertum Hamby attornatum suum petit versus Johannem Weld vnum mesuagium vnum toftum vnum gardinum quadraginta acras terre decem acras prati et quadraginta acras pasture cum pertinentijs in Ilketishal que Thomas Wodshid dedit Edward Wodshid et hered de corpore suo exeun, Et que post mortem predicti Edwardi prefato Willo filio et hered predicti Edwardi descendere debent per formam donationis predicte &c. Et vnde dicit quod predictus Thomas fuit seisitus de tenementis predictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo, Et sic inde seisitus existen tenementa illa cum pertinentijs tenuit de domino Edwardo nuper Rege Anglie sexto vt de manerio suo de Bungay Soke cum pertinentijs in comitatu predicto in libero socagio videlicet per fidelitatem tantum, Et sic inde seisitus existens quarto decimo Aprilis anno domini millesimo quingentesimo quadragesimo nono apud Ilketishall predictam condidit testamentum et vltimam voluntatem suam inscriptis, Et per eandem voluntatem suam inter alia dedit et legauit tenementa predicta cum pertinentijs prefato Edwardo et hered de corpore suo exeun, Posteaque predictus Thomas apud Ilketishall predictam obiit de tenementis predictis cum pertinentijs in forma predicta seisitus, Post cuius mortem predictus Edwardus Wodshid virtute legationis predicte in tenementa predicta cum pertinentijs intrauit et fuit inde seisitus in dominico suo vt de feodo et iure per formam &c. tempore pacis tempore domine Elizabeth nuper Regine Anglie capiens inde expless ad valentiam &c. Et de ipso Edwardo descendit ius per formam &c. isti Willielmo qui nunc petit vt filio et hered &c. Et que post mortem &c. Et inde producit sectam &c. Et profert hic in curiā literas testamentar predicti Thome que legationem tenementorum predictorum cum pertin in forma pred testant &c.

Count en descender per fits & heire sur deuise.

Etvnde &c.

Deuise en taile.

Et predictus Johannes per Thomam Culwicke attornatum suum venit et defendit ius suum quando &c. Et dicit quod predictus Willielmus actionem suam predictam versus eum habere non debet quia protestando quod predictus Thomas Wodshid non dedit tenementa predicta cum pertinentijs prefato Edwardo prout predictus Willielmus per breue et narrationem sua predicta superius supponit pro placito, Idem Johannes dicit quod post donum predictum eidem Edwardo per prefatum Thomam Woodshid fieri supposit predict9 Edwardus de tenementis predictis cum pertinentijs inter al seisit existen quidam finis leuauit in curia domine Elizabeth nuper Regin Anglie de Banco hic scilicet apud Westmonasterium a die Pasche in quindecim dies anno regni dicte nuper regine vicesimo nono coram Edmundo Anderson Francisco Wilndham Willielmo Peryam et Francisco Rodes tunc Justic eiusdem nuper Regine de Banco predicto hic scilicet apud Westmonasterium predictam et alijs dicte nuper Regine fidelibus tunc ibi presentib9 inter quendam Johannem Weld patrem eiusdem Johannis Weld modo tenent per nomen Johannis Weld quer, Et prefatum Edwardum et Julianam tunc vxorem eius, ac quendam Willielmum Baldwyn et Hansardam tunc vxorem eius per nomina Edwardi Woodshid et Julian vxor eius & Willielmi Baldwin et Hansarde vxoris ei9 deforc de tenementis predictis cum pertinentijs inter alia per nomina vnius mesuagij vnius horrei vnius gardini vnius pomar vigint acrarum tr quadragint acrarum prat sexaginta acrarum pastur et decem acrarū bosci cum pertinentijs in Ilketishall sancte Margarete vnde placit conuentionis tunc sum fuit inter eos in eadem cur scilicet quod predicti Edwardus et Juliana et Willielmus & Hansarda recogn predicta tenementa cum pertinentijs esse ius ipsius Johannis vt ill que idem Johannes habuisset de dono predictorū Edwardi et Juliane & Willielm et Hansarde, Et ill remisissent & quiet clam de ipsis Edwardo & Juliano & Willo & Hāsarda et hered suis pd Jo. et hered suis imppet, Et preterea ydē Edw. & Juliana concessissent p se et hered ipsius Edwardi quod ipsi warr pdicto Jo. et hered suis predicta tenta cum pertinentijs contra predictos Edwardum & Juliana, et vlt ydē Will9 et Hansarda concessissent p se & hered ipsius Willi q ipsi warr pd Jo. et her suis pd tenta cū ptin cont pd Willm & Hansardam & hered ipsi9 Willi imppet, Et p ill recogn remiss. quiet clam warr fine & concord idē Johannes dedisset predictis Edwardo et Juliane et Willielmo et Hansarde ducentas et viginti libras sterlingorum, Qui quidem finis in forma pred leuat adtunc et ibid ingrossat fuit et postea in curia predicta secundum formam statuti in parliamento domini Henrici nuper Regis Anglie septimi tent apud Westmonaster predictam anno regni sui quarto inde edit et prouis publice lectus et proclamat fuit in form sequen videlicet prima proclam sup inde fca fuit

Fine oue proclam leuie.

Barr.

Les proclamations.

vicesimo secundo die Maij termino Pasche anno regni predicte nuper regine vicesimo nono supradicto, secunda proclamatio superinde facta fuit vicesimo quarto die Maij eodem termino Pasche, tertia proclamatio superinde facta fuit vicesimo sexto die May eodem termino Pasche, quart proclamatio superinde facta fuit vicesimo nono die May eodem termino Pasche, quinta proclamatio superinde facta fuit vicesimo nono die Junij termino sancte Trinitatis anno regni predicte nuper regine vicesimo nono supradicto, sexta proclamatio superinde facta fuit primo die July eodem termino sancte Trinitatis, septima proclamatio superinde facta fuit tertio die July eodem termino sancte Trinitatis, octaua proclamatio superinde facta fuit quinto die July eodem termino sancte Trinitatis, nona proclamatio superinde facta fuit vicesimo primo die Nouembris termino sancti Michaelis anno regni predicte nuper regine tricesimo, decima proclamatio superinde facta fuit vicesim tertio die Nouembris eodem termino sancti Michaelis, vndecima proclamatio superinde facta fuit vicesimo quinto die Nouembris eodem termino sancti Michaelis, duodecima proclamatio superinde facta fuit vicesimo octauo die Nouembris eodem termino sancti Michaelis, tertia decima proclamatio superinde facta fuit sexto die February termino sancti Hillary anno regni dicte nuper regine tricesimo, quarta decima proclamatio superinde fact fuit octauo die February eodem termino sancti Hillary, quinta decima proclamatio superinde facta fuit decimo die February eodem termino sancti Hillary, sexta decima proclamatio superinde facta fuit duodecimo die February eodem termino sancti Hillary prout per finem illum cum proclamationibus predictis superinde in forma predicta fact in curia domini regis de banco hic scilicet apud Westmonasterium predictam de recordo remanen plenius liquet et apparet, Et idem Johannes Weld modo tenens vlterius dicit quod temporibus lectionum finis et proclamationum predictarum in forma pdicta factar, omnia placita in predicta curia predicte nuper regine de Banco hic cessauerunt secundum formam statuti predicti in hoc casu edit et prouis, Qui quidem finis cum proclamationibus predictis in forma predicta leuat habit et leuat fuit ad vsus predicti Johannis Weld patris et heredum suorum imperpetuum virtute cuius finis predictus Johannes Weld pater fuit seisitus de tenementis predictis cum pertinentijs in breui et narratione predictis superius specificat in dominico suo vt de feodo, Et sic inde seisit existens idem Johannes Weld pater apud Ilketishall sancte Margarete predictam obijt de tali statu suo inde seisit, post cuius mortem eadem tenementa cum pertinentis descendebant eidem Johanni Weld modo tenenti vt filio et heredi predicti Johannis Weld patris per quod idem Johannes Weld modo tenens in eadem tenementa cum pertinentijs intrauit et fuit et adhuc est inde seisitus in dominico suo vt de feodo, Et hoc paratus est verificare vnde petit iuditium si predictus Willielmus Woodshid actionem suam predictam vers eum habere debeat &c.

Le vse del fine.

Discent al tenant.

Replication nul tiel record del fine & proclamation.

Et predictus Willielmus dicit quod ipse pro aliqua preallegata ab actione sua predicta habend precludi non debet, Quia dicit quod non habetur aliquod tale recordum finis & proclamationis predict inter predictum Johannem Weld patrem querentem et prefatum Edwardum Julianam Willielmum et Hansardam in forma predicta leuat in curia domini regis hic remanens qual predictus Johannes Weld modo tenens superius allegauit, Et hoc paratus est verificare vnde petit iuditium et seisinam tenementorum predictorum cum pertinentijs sibi adiudicari &c.

Issue sur tiel record.

Et predictus Johannes modo tenens dicit quod habetur tale recordum finis et proclam predict qual idem Johannes Weld superius allegauit prout patet inter recorda pedum fin termino Pasche anno regni dicte nuper regine vicesimo nono supradicto in custodia Thome Spencer armigeri custodis breuium huius curie remanen, et petit quod recordum illud videatur et inspiciatur, et quia recordum illud in curia hic modo non habetur dictum est prefato Thome Spencer quod recordum illud per se scrutatum habeat hic a die Pasche in vnum mensem, Idem dies dat est partibus predictis hic &c. Ad quem diem hic venit tam predictus Willielmus quam predictus Johannes per attornatos suos predictos, Et predictus Thomas Spencer custos breuium &c. protulit hic in curiam predicta recorda pedum finum predicti termini Pasche anno regni predicte nuper regine vicesimo nono supradicto, inter que quidem recorda predictum recordum predicti finis et proclam predict in barra predicta specificat affilatur, Quo quidem recordo per Justic hic vis et inspecto eisdem Justiciarijs hic satis constat quod habetur tale recordum finis et proclam predict quale predictus Johannes superius allegauit, Ideo cons est quod predictus Willielmus nihil capiat per breue suum predictum set sit in mia pro falso clam suo, Et quod predictus Johannes eat inde sine die &c. Hillar 7. Iac. in com banco inter pl'ta terr rot 129.

Le record produce.

Judgement vers le demandant.

Count en discender sur feoffement al vse deuant le statute [illegible] & heire.

10 Suff. ss. Richardus Thurston per Thomam Whetcroft attornatum suum petit vers Aliciam Thurston viduam vnum mesuagium vnu gardinu viginti acras terr decem acras prati nonaginta acras pasture et decem acras bosci cum pertinentijs in Rendham de quibus Christopherus Jonney armiger Willielmus Racket Willielmus Barbor alias Bannocke et Willielmus Leudenes fuerunt seisiti in dominico suo vt de feod, Et sic inde seisit exist ante quart diem Febr ann regni dni Henrici nup regis Angl octaui vicesim septimo inde feoffauerunt Johann Thurston Eliz. Parma Thom

Heydon

Heydon generosum, Edmundum Topsfield, Antonium Gyrlinge, Robertum Wingfield, Reginaldum Harmã et Robertum Derhaugh habend et tenend tenementa predicta cum pertineñ eisdem Johanni Elizabeth Thome Edmundo Antonio Roberto Reginald et Roberto hered et assigñ suis ad vsum predicte Elizab. pro termiñ vite sue post quoddam maritagium inter eand Eliz. et prefatum Johannem hẽnd, Et post decessum ipsius Eliz. ⁊ maritagium illud habitum tunc ad vsum predicti Johannis ⁊ heredum de corpor̃ suo exeuñ, quod quidem maritagium postea et ante predictum quartum diem Februarij inter pred Johannem et Elizab. habitum fuit, ac predicti Jo. Elizabeth Thom̃ Edmundus Antonius Robertus Reginaldus et Robertus virtute feoffamenti predicti fuer̃ seisit de tenementis predictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo ad vsus predictos vsque predictum quartum diem Februarij anñ vicesimo septimo supradict', quo die predict Johannes et Elizabeth in iure ipsius Elizabeth fuer̃ seisiti de eisdem tenementis cum pertineñ in dominico suo vt de libero tenemento pro termino vite eiusdem Elizabeth remanere inde post decessum ipsius Elizabeth predict Johañ et hered de corpore suo exeuñ spectañ pretextu feoffamenti predicti, ac vigore cuiusdam statuti in parliamento predict nuper regis apud Westm̃ in comitatu Midd eodẽ quarto die Februarij anno vicesimo septimo supradicto de vsibus in possessionẽ transferend tent edit, Et qus post predictum quartum diem Februarij ac post mortem predictorum Johannis et Elizab. et Thome filij et hered eiusdem Johannis prefato Richard filio et hered predicti Thome descendere debent per formam feoffamenti predicti, ac vigore statuti predicti ⁊c. Et vnde dicit quod predicti Christopherus Jonney Willielmus Racket Willielmus Barbor alias Bannocke et Willielmus Leudenes fuerunt seisiti de tenementis predict cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo, Et sic inde seisit existeñ ante predictum quartum diem Februarij anno regni predicti nuper regis Henrici octaui vicesimo septimo supradicto inde feoffauerunt predict Johannem Thurston Eliz. Harman Thomam Heydon Edmundum Topsfield Antoniũ Girling Robertum Wingfield Reginaldum Harman et Robertum Dorhaugh habend ⁊ tenend tenementa predicta cum pertinentijs eisdem Johanni Eliz. Thome Edo Antonio Ro. Reginald et Ro. hered et assigñ suis ad vsũ pd Elizabeth pro termino vite sue post quoddam maritagium inter eandem Elizabeth et prefatum Johannem habendum, et post decessum ipsius Elizabeth et maritagium illud habitum ad vsum predicti Johannis et hered de corpore suo exeuñ in forma predict' ⁊c. quod quidem maritagium postea et ante predictum quartum diem Februarij scilicet quinto die May anñ regni predicti nuper regis Henrici octaui vicesim̃ secundo inter predictum Johannem et Elizabeth habitum fuit videlicet apud Rendham predictam, per quod predicti Johannes Elizabeth Thomas Edmundus Antonius Robertus Reginaldus et Robertus virtute feoffamenti predicti fuerunt seisiti de tenementis p̃dictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo ad vsus predictos vsque predictum quartum diem Februarij anno vicesimo septimo supradicto, quo die predicti Johannes et Elizab. in iure ipsius Elizabeth fuerunt seisiti de eisdem tenementis cum pertinentijs in dominico suo vt de libero tenemento pro termino vite eiusdem Elizabeth remanere inde post decessum ipsius Elizabeth predicto Johanni et heredibus suis de corpore suo exeuñ spectañ pretextu feoffamenti predicti, ac vigore statuti predicti in parliamento predicti nuper regis apud Westmonasterium predictam eodẽ quarto die Februarij anno vicesimo septimo supradicto de vsibus in possessionẽ transferend tent edit, postea predictus Johannes apud Rendham predictam obijt, et post mortem eiusdem Elizabeth remansit ius per formam ⁊c. cuidã Thome vt filio et hered predicti Johannis de corpore ipsius Johannis exeuñ, qui quidem Thomas fuit seisit de tenementis predictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo talliat et iure per formam ⁊c. tempore pacis tempore dominẽ regine nunc capiend inde expless ad valentiam ⁊c. et de ipso Thoma descend ius per formam ⁊c. isti Richardo qui nunc petit ⁊c. vt filio et hered ⁊c. et que post predictum quartum diem Februarij, ac post mortem ⁊c. et inde produc sect ⁊c.

Feoffament al vie dun pur vie, rem in taile, puis vn mariage solempnise.

Etvnde &c.

Et predicta Alicia per Thomam Willer attornatum suum venit et dicit quod predictus Thomas Thurston diu ante diem impetrationis breuis originalis predicti Richardi fuit seisit de tenementis predictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo, Et ill tenuit de Willielmo Dixe armigero vt de manerio suo de Rendham in comitatu predicto in libero socagio, idemque Thomas sic inde seisit existeñ vndecimo die Nouembris anno regni domine regine nunc vicesimo nono apud Rendham predictam condidit testameetum et vltimam voluntatem sua in scriptis, Et per eandem vltimam voluntatem suam voluit et legauit tenementa predicta cum pertinentijs prefat Alicie pro termino vite sue remanere inde post decessum ipsius Alicie cuidam Johanni Thurston fil Johannis Thurston fil ipsius Thome et heredibus masculis de corpore suo exeuñ, posteaque et ante diem impetrationis breuis originalis predicti predictus Thomas Thurston apud Rendham predictam obijt de tenementis predictis cum pertinentijs in forma predicta seisit post cuius mortem eadem Alicia in tenementa predicta cum pertinetijs intrauit et fuit inde seisit in dominico suo vt de libero tenemento remanere inde p̃f. Jo. Thurston fil Jo. Thurston et hered mascul de corpore ipsius Jo. fil Jo. exeuñ spectañ, et sic eadẽ Alicia dic quod ipsa tenet et die impetrationis breuis originalis predicti Ric̃i tenuit tenemẽta

Barre.

Deuise pur vie rem en taile.

ta predicta cum ptineñ pro termino vite sue, remanere inde p̄sat Johanni Thurston filio Johannis filio Thome & hereð masculis de corpore ipsius Johannis fil Johannis exeun̄ in form̄ predicta spectañ, sine quo eadem Alicia non potest tenementa p̄dicta cum pertinentijs in placitum deducere neq; prefat Rico Thurston inde respondere, Et pet auxilium de ipso Johann̄ Thurston fil Johannis Thurston &c. et ei conceditur &c. Ideo prec est vic quod sum̄ p bonos sum̄ predictum Johannem Thurston filium &c. quod sit hic a die Pasche in quindecim dies adiungenð cum prefat Alicia simul &c. in responð prefato Richardo Thurston de predict placito si &c. Idem dies dat est partibus predictis hic &c. Mich. 31. & 32. Eliz. in communi banco Rotulo 143. Inter placita terre. vide autiel president en mesme le terme Rotulo 88. inter Hudson & Bruokhouse.

Ayde prier p tenant p̄ vie.

Sum̄.

11 Kant ss. Henric Denley et Johannes Denley per Jacobum Pery attornatum suum pet versus Johannem Canston et Elenam uxorem eius duo mesuagia et octoginta acras terre decem acras prati, sexaginta acras pasture & duodecim acras bosci cum pertineñ in West Wickham Heese et Bromeley, que Thomas Denley dedit Willielmo Denley & hereð masculis de corpore suo exeunt, Et que post mortē predicti Willielmi et Johannis Denley fil et hereð eiusð Will pref. Hen. et Jo. vt filijs & hereð eiusdem Johannis descendere debent per formam donationis predict eo quod tent p̄dict sunt de tenura et natura de Gauelkinde, & partit et partibilia inter heredes masculos a tempore cuius contrarij memoria hominum non existit &c. Et vnde dicit quod predictus Thom̄ dedit tenement predict cum pertinentijs prefat Willielmo et hereð masculis de corpore suo exeunt in forma predicta &c. per quod donum idem Willielmus fuit seisit de tenementis predictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo et iure per formam &c. tempore pacis, tēpore domini Henrici nuper Regis Anglie octaui, videlicet infra quinquaginta annos iam vltimos elaps, capienð inde expless ad valentiá &c. Et de ipso Willielmo descenð ius per formam &c. cuidam Johanni vt filio et hereð &c. et de ipso Johanne eo quod tenement predicta cum pertinentijs sunt de tenura et natura de Gauelkinde, et a tempore cuius contrarij memoria hominum non existit, inter heredes masculos partit partibilia descenð ius per formá &c. istis Henrico & Johanni qui nunc pet, vt filijs et heredibus &c. et que post mortem &c. eo quod &c. et inde producit sectam &c. Et predicti Johannes Canston et Elena per Thomá Freeman attornatum suum veñ et defenð ius suum quando &c. Et dictum est prefat attornat predictorum Johannis Canston et Elene quod pro eisdem Johanne Canston et Elenea Magr̄is suis prefat Henric et Johanni Denley in loquela predicta responð, Et super hoc idem attornatus dicit quod ipse non est informatus per eosdem Johannem Canston et Elenam magistros suos de aliquo respons pro eisdem Johanne Canston et Elena prefato Henrico et Johanni Denley in loquela predicta dando, Et nihil aliud inde dic, per quod ydem Henricus et Johannes Denley remanet versus prefatum Johannem Canston et Elenam inde indefens, Ideo cons. est, quod predicti Henricus et Johannes Denley recuperent seisinam suam versus prefatos Johannem Canston et Elenam de tenementis predictis cum pertinentijs, Et ydem Johannes Canston et Elena in misericordia &c. Et super hoc predicti Henricus et Johannes Denley petunt breue domine regine de habere fac eis plenariam seisinam de tenementis predictis cum pertinentijs, vic comitat predict dirigenð, Et eis conceditur retornabile hic a die Pasche in xv. dies &c. H. 9. El. in cōmuni banco Rot 721.

Count en descender p̄ Gauilkind terre.

Non est inform̄.

Iudgement.

Bre d seisin agard.

12 Middlesex ss. Robertus Elrington generosus alius in cur regine hic petijt versus Richardum Carew armigerum quadraginta acras pasture cum pertinentijs in Hackney vt ius suum per breue domine regine de forma donationis in descendere, Ita quod tunc preceptum fuit vic quod sum̄ per bonos sum̄ predictum Richardum quod esset hic in Octabis sc̄ti Michaelis proxim̄ preterit, ad respondendum prefato Roberto de predicto placito ad quem diem loquela predicta adiornata fuit per breue domine regine de communi adiornamēto hic vsque a die sancti Michaelis in vnum mensem tunc proxim̄ sequeñ, Ad quem diem idem Richardus sum̄ &c. fecit defalt ita quod tunc precept fuit vicecom̄ quod caperet predictas quadraginta acras pasture cum pertinentijs in manum domine regine, et diem &c. Et quod sum̄ per bonos sum̄ predictum Richardum quod esset hic ad hunc diem scilicet in Octabis Purificationis beate Marie, ad respondendum prefato Roberto tam de principali placito quam de defalta predicta &c. Et modo hic ad hunc diem venit tam predictus Robertus per Edwardum Darbishere attornatum suum quam predictus Richardus p Johannem Blygh attornatum suum, Et vic videlicet Willielmus Kympton et Georgius Barne modo testatur quod pro executione breuis illius fienð manð Balliuo Thome Wentworth militis domini Wentworth libertatis sue de Hackney in comitatu predicto qui habet plenum retornum omnium breuium et preceptorum infra libertatem predictam et executiones earundem infra quam quidem libertatem executio breuis illius totaliter restabat facienda et non alibi in balliua sua qui quidem balliuus sic sibi respondet quod ipse virtute precepti predicti sibi directi vicesimo primo die Decembris anno regni domine Regine nunc decimo nono cepit in manum dicte domine regine tenementa predicta cum pertinentijs per visum Johannis Lawrens Luce Mantel Will Moune & Ri. Smalwood probor & legal hoium de libertat p̄ð ac q sum̄ p bonos sum̄

Default sur grand cape en le discender.

Grand cape

Retorne mand balliuo &c.

sum p̄s Ri. Carew essend hic ad hunc diem per Wilhelmum James Francisc Greneham et Johannem Lawrence &c. Et sup hoc predictus Robertus p̄cise se cepit ad p̄dictam defaltam q̄ p̄dictus Richardus Carew fecit hic ad predictū Mensem Sancti Michael et pet iuditium et seisinam pred quadraginta acrarum pasture cum pertiñ p se defalt illam sibi adiudicari &c.

Relier sur le default.

Et pred Richardus Carew dic q defalt pred' ei in hac parte nocere non debet quia dic q ipse nunq̄ fuit sum̄ secund' legem terre essendi hic ad prefat octabas Sancti Michaelis ad respond' prefat Roberto de predicto placit', Et hoc parat est defendere contra ipsum & sectā suam put cur Regine hic cons, Ideo cons. est quod predictus Ricus Carew vad ei inde legem suam se duodecima manu pleḡ de lege Johannes Doo Ric[9] Roo, Et veñ cum lege sua hic a die Sācte Trinitatis in tres septimanas, Et dcm est prefat attorñ predicti Rich. Carew quod tunc habeat hic eundem Rich. Carew Magrm suum in propria persona sua ad pficiend' legem suam pred' &c. Ad quem diem hic veñ predictus Robertus Elrington per Henr Burr attorñ suum, Et op se iiij. die versus Rich. Carew de predict. placito, Et ipse solempniter exact' non veñ set defalt fac &c. Ideo cons. est quod predictus Rich. Elrington recuperet seisiñ suam versus p̄fat Richardum Carew de predictis quadraginta acris pasture cum pertiñ, Et idem Richardus in misericordia &c. Et sup hoc predictus Robert[9] pet breue domine Regine de habere faciend ei plenariam seisinam de tenementis predictis cū pertineñ vic com predicti dirigend, Et ei conceditur retornabile hic a die Sancti Michaelis in vnum Mensem &c. Hill' 19. Eliz. in communi banco Rotulo 622.

Sauer de de fault p ley, gager de non sum̄.

Iour done p le ley.

Le tenant fait default al iour.

Judgement pur le demandant.

Bre fac' sei sinā agard.

13 Alias put patet termino Sancti Hill' añ regni Domine Regine nunc sexto, Rotulo 409. continetur sic Lincolñ ss. Tho. Estoft per Hen. Dickson attorñ suum, Alias scilicet termin' Pasche vltimo preterito petyt versus Wilhelmū Erret et al' Arret vnum mesuagium duo cotag̃ ducent acr terre viginti acr prati triginta acr' pasture & quadraginta acr More cum pertinen' in Garlethorpe vt ius suum per breue Domine Regine de forma donationis in descendere ita quod tunc pret fuit vic quod sum &c. predictum Wilhelmum quod esset coram Justic' domine Regine apud Westmonasterium a die Pasche in quindecim dies anno regni dicte domine regine nunc quinto ad respond' prefat Thom. de predicto placito, Ad quem diem predictus Wilhelmus sum &c. fec defalt &c. per quod tunc p̄c fuit vic quod capet teñta p̄dicta cum pertinen' in manus dicte Domine Regine nunc &c. Et diem &c. Et quod sum &c. p̄dictum Wilhelm q esset coram prefat Justic domine Regine apud Westmonasterium in octabis Sancti Michaelis vltimo p̄terit ad respond prefat Thom. tam de principali placito quam defalt predicta, Ad quem diem loquela predicta adiornat fuit per breue dicte Domine Regine de communi adiornamento scilicet apud Westmonasterium predictā vsque in octab. Sancti Hillarij tūc proxim sequen &c. Ad quem diem loquel p̄dicta vlterius adiornat fuit per bre dicte dom regine de communi adiornamento a Westmonasterium predict. vsque ad Castrum domine Regine Hertford in com Hertf. vsq ad hunc diem scilicet a die Sācti Hillarij in xv. dies tunc proxim sequen, Et modo hic ad hunc diem veñ tam p̄dictus Thom per Attornatum suum predictum, quam p̄dict Wilhelmus per Richard Bunch attornatum suum, Et super hoc pred Thomas gratis hic in cur relinquit defalt p̄dictam quam predictus Wilhemus fec ad p̄dictam xv. Pasche &c. Et super hoc idem Wilhelmus pet qd predict' Thom versus eum narr &c. super quo p̄dictus Thom pet versus ipsum Wilhelmum teñta predicta cum pertinentijs que vnacum alijs duobus mesuagijs tribus cotagijs trescent acr' terre centum acr prati sercet acr pasture et centum acr More cum pertinentijs in ead villa Richardus Pinchbecke Richardus Welby et Johannes Welby dederunt Roberto Steuenson & hered de corpore suo exeuñ, Et que post mortem p̄dicti Roberti et Johannis fil & hered eiusdem Roberti & Johanne fil' et vnius hered eiusdem Johannis que ill' tenuit in purpartem suam ipsam de p̄dictis tribus mesuagijs, quinque cotag quadringent acr terre cent et viginti acr prati nonagint acr' pasture et cent & quadragint acr More p partitionem inter ipsā Johann et Margaret Eliz. Elenam et Annam sorores eiusdem fil' et alter hered pred' Johann' inde factam cōtingen, Et Tho. fil' et hered predicte Johanne p̄fat Thome descendere debent p formam donationis p̄dicte &c. Et vnde dic qd predict Richard[9] Pinchbeck Richardus Welby et Johannes Welby dederunt pred' mesuagium duo cotag ducent acr terre viginti acr' prati trigint acr pasture et quadragint acr More cum ptineñ p̄fat Roberto Steuenson & hered de corpore suo exeuñ p quod donum idē Robertus fuit inde seisit in dominico suo vt de feodo et iure p formam &c. tempore pacis tempore domiñ Henric nup regis Anglie 8. post conquest' capiend' inde explet ad valentiam &c. infr' quinquagint annos iam vltimos elaps, Et de ipso Robert' descend ius per formam &c. cuidam Johanni vt fil' et hered &c. Et de ipso Johanne descend ius per formam &c. cuidam Johanne vt fil' et vni hered eiusdem Johannis &c. Et de ipsa Johanna descend ius per formam &c. cuidam Thom vt fil' et hered predict Johanne, Et de ipso Thoma descend ius per formā &c. isti Tho. qui nunc pet vt fil' et hered &c. Et que post mortem &c. Et vnde p̄duc sectam &c. Et pred Wilhelmus p Richard' Bunch attorñ suum veñ et defend ius suum quando &c. Et pet licentiam inde interloquend hic vsq a die Pasche in quindecim dies, Et habet &c. Idem dies dat est prefat Thome hic &c. Ante quem diem loquela predicta adiornat fuit per breue domine regine de communi adiornamento a predicto Castro Hertf. vsque Westmon in com' Midd' vsque predict xv. Pasche &c. Ad quem diem hic veñ tam pred' Thom

Count en descender puis waiuer de default sur grand Cape.

Adiornement al Hertf.

Releas default.

Count per fits & heire dun parcener puis partition.

Lilo.

Adiornement del Westm.

Thom Estoft iam peten quam p̄dictus Wilhelmus Arret per attornat' suos predictos, Et super hoc idem Wilhelmus vlterius pet licētiam inde interloquend hic vsque in crastin s̄ce Trinitatis, Et habet &c. Idem dies datus est prefat Thom Estoft iam peten hic &c. Et modo hic ad hunc diem ven tam predict' Thom. Estoft iam peten quam p̄dictus Wilhelmus Erret p attornatos suos p̄dictos, Et sup hoc idem Wilhelmus dic quod pred Tho. Estoft action' suā p̄dictā versus eum habere non debet, Quia dic quod ante diem impetrationis brevis originał ipsius Thom Estoft dicto Thom Estoft patre predicti Thom. cuius heres ipse est de tenementis predictis cum pertinentijs in dominico suo vt de feodo talliat seisit existen quidam finis levavit in cur' dom Edw. nuper regis Anglie 6. apud Westm, scilt a die Pasche in quindecim dies anno regni sui 7. coram Edro Mountague Humfrido Browne Jacobo Hales et Wilhelmo Cooke tunc Justic & alijs ipsius nup regis fidelibus tunc ibidem p̄sentibus int quendam Robertum Erret patrem p̄d Wilhel' per nomen Roberti Everot queren & p̄dictum Tho. Estoft patrem &c. p nomen Thom Estoft armigeri deforc. de tenemtis p̄dictis cum pertinentijs inter alia per nomina duorum mesuagiorum duorum toftorum vnius gardini quinquagint acr tre decem acr prati quadragint acr pasture vnius acr bosci et quadragint acr More cum pertinentijs in Gorthorpe &c. vnde placitū conventionis sum fuisset inter eos in eadem cur scilicet quod p̄dictus Thom recogn predict' tenta cum pertin esse ius ipsius Roberti vt ill' que idem Robertus habuisset de dono predicti Thome et ill' remiss. et quiet clam de se & hered' suis p̄fat Roberto et heredibus suis imperpetuum, Et vlterius idem Thomas concessit p se et heredibus suis quod ipsi warr p̄dicto Roberto et hered' suis p̄d tent cum ptinentijs contra omnes homines imperpetuum, Et idem Wilhelmus dic quod finis ille postea in eadem cur' corā prefat Justic scilicet in predicto tmin Pasche necnon tribus terminis sequen, videlicet tmino Sanct Trinitatis eodem anno 7. termin Sancti Michaelis et termino Sancti Hill' ann' primo Domine Marie nuper regine Anglie per quatuor seperales dies in quolit eorundem terminorum publice & solempnit lectus fuit & publicat omnibus et omninod placit in cur illa modo tempore tunc cessantibus secundum formam statuti in huiusmodi casu edit et provis, videlicet prim proclamatio facta fuit 6. die Maij termino Pasche dicto anno septimo dicti nuper regis Edwardi sexti, Secund Proclamatio nono die Maij eodem termino, Tertia Proclamatio xij. die Maij eodem termino, Quarta Proclamatio xv. die Maij eodē termino, Quinta Proclamatio facta fuit xiiij. die Junij termin sancte Trinitat dicto anno septimo dicti nuper regis Edwardi sexti, Sexta Proclamatio xvj. die Junij eodem termino, Septima Proclamatio xix. die Junij eodem termino, Octava Proclamatio xxj. die Junij eodem termino, Nona proclamatio facta fuit xxj. die Novembris termin' Sancti Michaelis anno primo Marie Dei gratia Anglie Francie & Hibernie Regina fidei defensoris et in terra Ecclesie Anglicane & Hibernice supremi capitis, Decima proclamatio xxiij. die Novembris eodem termino, Undecima proclamatio vicesimo quinto die Novembr eodem termino, Duodecim' proclamatio xxviij. die Novembris eodem termino, Tertiadecima proclamatio facta fuit quinto die Februarij termino Sancti Hillar' dicto anno primo regine supdict', Quartadecima proclamatio septimo die Februarij eodem termino, Quintadecima proclamatio nono die Februarij eodem termino, Sextadecima proclamatio duodecimo die Febr' eodem termino, Et vlterius idem Wilhelmus dic quod predict Thom. Estoft pater &c. tempore levationis finis predicti fuit plene etatis xx. et vnius annorum et amplius compos mentis saneq memorie ad largū extra quālibet prisonam & infra quatuor Maria quodque predict Thom Estoft iam peten aliquod titulū clam seu interesse ad tenementa p̄dicta in fine p̄dicto spec, per actionem vel legitimum ingrm infra quinque annos pror. post proclam p̄dict. in forma predict' factas et habuit non prosecut fuit, Et vlterius idem Wilhelmus dic quod finis predict. levat fuit ad vsum predicti Robert Everet et hered suorum, quorum quidem p̄missorum p̄textu idem Robertus fuit de tenemtis predictis cum pertinentijs seisit in dominico suo vt de feodo, Et sic inde seisit existen apud Carthorpe in com p̄dicto obijt de tali statu suo inde seisit, post cuius mortem tenementa p̄dict. cum pertinentijs descend prefat Wilhelmo vt filio et hered predict Roberti Everet, virtute cuius idem Wilhelmus fuit inde seisit in dominco suo vt de feodo, Et hoc paratus est verificare vnde pet iuditium si predict Thom Estoft iam peten contra predictum finem cum proclam in forma p̄dicta levat et habit actionem suā pred versus eum habere debeat &c. Super quo pred Thom Estoft iam querens solempnit exact nō ven, nec est pros breve suum p̄dictum, Ideo ipse et pleg sui de pros sint inde in misericordia, Quer' nomina pleg, Et quod predict Wilhelmus Erret al' Arret eat inde sine die &c. Trin 6. Eliz. Rotulo 511. in communi banco.

Barr p fine oue proclamac'.

Les Proclamations.

Discent.

Le demandant nonsuit.

Iudgement.

14 Alias prout patet termino Sancte Trinit anno regni Domine regine nunc 12. Rot 437. continetur sic Derb. ss. Henr' Vernon armig per Wilhelm Warren attorn suum pet versus Thom Stanley milit et Margaret vxorem eius et Johannem Maners armig et Dorotheam vxorem eius centum et sexaginta mesuagia centum et quatuordecim cotagia, centum et duodecim tofta duodecim molendina 8. columbaria ducenta quadraginta & septem gardina quatuor millia acrarum terre duo millia acrarum prati sex millia acrarum pasture mille acras bosci 10. mille acrarum iampnorum et bruere et mille acras marisci cum pertinentijs in Blakewell alias Blankwell Asheborne et Pelgraue de quibus Henr' Vernon miles fuit seisit

Count'en remaynder per cosin & heire sur feoffement al vie deuāt lestatute & sur volunt.

Et predicti Archieps̃ & Wills̃ Crashaw p̃ Johẽm Goldsburghe Attorñ suum veñ & defend vim & iniur̃ quando &c. Et idem Archieps̃ dic̃ qd Vicaria pdc̃a est infra Dioceſ suam Ebor, quodq; dc̃a dña Regina nunc actionẽ suam predictam v̳sus eum hẽre non debet, quia dic̃ quod diu ante pdictũ tempus quo supponitur p̃fatum Adrianũ Stokes Clicum suum pdictũ ad Vicariam pdictam presentasse, quidam Edus Grindall nup Archieps̃ Ebor fuit seisit de Rectoria impropriat̃ de Agnesburton, ad quam Aduocatio Vicarie pdicte adtunc pertinuit & adhuc pertinet in dñico suo vt de feodo, in iure Archiepiscopat⁹ sui pdci, Et sic inde seisit̃ existeñ Vicaria pdicta vacauit per mortem cuiusdam Roberti Paly tunc vltimi Incumbeñ eiusdem, Super quo pdictus Adrianus Stokes vsurpando super possessionem pdicti tunc Archiepi, ad Vicariam illam sic vacantem p̃sentauit p̃fatum Willm̃ Grene Clicum suum, qui ad p̃sentationem ipsius Adriani fuit admiss⁹ & institutus in eadem, tempore pacis, tempore dc̃e dñe Regine nunc, predcoq; Edo nup Archiepo de Rectoria pdicta cum pertiñ ad quam &c. in forma predicta seisit̃ existeñ, idem Edus nuper Archieps̃ postea de Sede sua Archiepat̃ Ebor, in sedem Archiepat̃ Cant̃ apud Lambeth in Com Surr̃ debite translatus fuit, ac Archieps̃ Cant̃ apud Lambeth predict̃ debito modo creatus & electus fuit, post quam quidem translationem predicti Edi nuper Archiepi, quidam Edwin⁹ Sands nuper Eps̃ London de sede sua Epali London, in sedem predci Archiepat̃ Ebor apud pdictam Ciuitatem Eborum debite translatus fuit, ac Archieps̃ Ebor debito modo electus & creat⁹ fuit, p qd idem Edwinus nup Archiep⁹ in Rectoriam pdcam cum pertiñ ad quam &c. intrauit, & fuit inde seis̃ in dñico suo vt de feodo, in iure Archiepatus sui pdicti, Et sic inde seisit̃ existeñ, idem Edwin⁹ nuper Archieps̃ de tali statu suo inde apud pdcam Ciuitatem Ebor obijt inde seisit̃, post cuius mortem quidam Johẽs Piers nuper Eps̃ Sar de sede sua Epatus Sar, in sedem pdicti Archiepatus Ebor apud pdictam Ciuitatem debite translat̃ fuit, ac Archieps̃ Ebor ibm̃ debito modo elect⁹ & creatus fuit, p qd idem Johẽs Piers nup Archieps̃ in Rectoriam predcam cum pertiñ ad quam &c. intrauit, et fuit inde seisit̃ in dñico suo vt de feod, in iure Archiepatus sui pdicti, Et sic inde seisit̃ existeñ, idem Johẽs Piers nuper Archieps̃, postea de tali statu suo inde apud pdictam Ciuitatem Ebor obijt inde seisit̃, post cuius mortem idem Matheus nunc Archieps̃ Ebor, ac nuper Episcopus Dunelm̃ de sede sua Epat̃ Dunelm in sedem pdci Archiepat̃ Ebor, apud pdict̃ Ciuitatẽ Ebor debite translat̃ fuit, ac Archieps̃ Ebor debito modo ibm̃ electus & creatus fuit, per qd idem Matheus nunc Archieps̃ in Rectoriam pdictam cum pertiñ ad quam &c. intrauit, & fuit & adhuc est inde seisit̃ in dominico suo de feodo, in Jure Archiepiscopatus sui predicti, Et sic inde seisit̃ existeñ Vicaria predicta vacauit p mortem predicti Willielmi Grene, per quod idem nuper Archiepiscopus vicariam illam sic vacañ ante diem impetraionis breuis originalis dicte domine Regine nunc scilicet quarto die Maij, anno regni dicte dñe Regine nunc quadragesim̃ secundo, apud pdictam Ciuitatem Ebor contulit prefato Willielmo Crashawe clico suo et eum canonice institui et induci fecit in eadem, prout ei bene licuit, Absq; hoc quod predicta Francisca nup Ducissa Suff. fuit seisit̃ de aduocation Vicarie Ecclie pdict̃ vt de vno grosso p se vt de feodo & iure, put dc̃a dña Regina nũc p narrationem suã pdcã supius suppoñ, Et hoc parat̃ est v̳ificare vnde pet̃ iuditium si dicta dña Regina nunc actionem suã predictam versus eũ habere debeat &c.

Vsurpation.

Archeuesq; de Euerwicke, create Archeuesque de Canterburie.

Euesque de London create Euesque de Euerwicke.

Leuesque conferr al Esglise.

Trauers 'e seisin en fee del aduowson.

Barre del Parson.

Et pdcus Wills̃ Crashawe dic̃ quod ipse est Vicarius Vicarie pdc̃e impsonat̃ in eadem, ex presentatione pdci Mathei modo Archiepi Ebor, quodq; dc̃a dña Regina nũc actionem suã pdcam versus eum habere non debet, quia dic̃ quod diu ante pdcum tempus quo supponit̃ predictum Adrianum Stokes Clicum suum pdictum ad Vicariam pdictam p̃sentasse, quidam Wills̃ nup Abbas nup dissoluti Monasterij Beate Marie iuxta muros Ciuitatis Eborum in Comitat̃ Ciuitatis Ebor fuit seisit̃ de pdca Rectoria impropriat̃ de Agnesburton, ad quam aduocatio Vicarie pdc̃e adtũc ptinuit et adhuc ptinet in dñico suo vt de feodo in Jure nup Monasterij sui pdicti, Et sic inde seisit̃ existeñ idem nuper Abbas cum consensu eiusdem Monasterij tunc conuentus ad Vicariam predictam tunc vacañ presentauit quendã Willielmum Webster Clericum suum, qui ad p̃sentationẽ ipsius nup Abbatis fuit admissus & institutus in eadẽ, tẽpore pacis tẽpore dñi H. nup Reg Anglie octaui, ipoq; nup Abbate de rcoria pd cũ ptiñ ad quam &c. in forma pdca seisito existeñ, idẽ nup Abbas vnanimi assẽsu & consensu eiusdẽ nup Monaster̃ tũc cõuent̃, scilt̃, vicesimo nono die Nouembr̃ añi regni eiusdẽ nup Reg H. octaui tricesimo primo, apud pdict̃ Ciuitatẽ Ebor in pd Com Ciuit̃ Ebor p quodd scriptũ suũ sigill̃ coi ipsoꝝ nup Abbat & cõuent̃ sigillat̃ gereñ dat̃ eisdẽ die & añ, ac in Cur̃ Cant̃ eiusdẽ nup Reg H. octaui apud Westm̃ in Com Midd debito modo de Recordo irrotulat̃ dedit concessit et libere sursum reddidit in manus dc̃i nup Regis H. octaui monasteriũ pd ac Rector pd cũ ptiñ ad quam &c. inter alia eidẽ nup monasterio nup spectañ siue ptiñ, Hend & tenend monaster̃ pdca ac Rectoria pd cũ ptiñ ad quã &c. eidẽ nup Regi heredes & successor suꝫ imppet, Quoꝝ quidẽ doni concessionis irrotulamenti pdcoꝝ p̃textu necnon vigore cuiusdã act⁹ in parliamento pred nuper Regis H. octaui apud Westm̃ pdictã anno regni sui tricesimo primo tent̃ edit et prouis idem nuper Rex Henr̃ octauus fuit seisit̃ de Rectoria predicta cum ptiñ ad quã &c. inter alia in dominico suo vt de feodo in iure Corone sue Anglie, Et sic inde seisit̃ existeñ idem nuper

Abbot seisie en fee del Rectorie.

Presentmẽt al Esglise.

Surrender del Monasterie al Roy H.8.

Rex H. octauus, postea scilt decimo quarto die Martij, anno regni sui tricesimo sexto, apud Westm̄ p̄dictam p Lr̄as suas paten̄ sub magno sigillo suo Angl̄ sigillat̄, geren̄ dat̄ apud Westm̄ p̄dict̄ eisdem die & anno, dedit & concessit Rectoriam p̄dict̄ cum pertin̄, ad quam Aduocatio Vicarie p̄dc̄e adtunc pertinuit, ac Aduocationem vicarie illi⁹ inter alia cuidam Roberto, adtunc Archiep̄o Ebor̄, h̄end & tenend sibi & successor̄ suis imperpetuū, Quarū quidem Lr̄ar̄ paten̄ p̄textu, p̄dc̄us Robertus nup Archiepiscopus in Rectoriam illā ad quam &c. inter alia intrauit, & fuit inde seisit in dn̄ico suo vt de feodo, in iure Archiep̄atus sui p̄dicti, Et sic inde seisit existen̄, idem nup Archiep̄us de tali statu suo inde apud p̄dictam Ciuitatem Ebor̄ obijt inde seisit, post cui⁹ mortem quidam Nichola⁹ Heath in Archiepiscopū Archiep̄at̄ p̄dict̄ apud p̄dictā Ciuitatē Ebor̄ debite electus & creatus fuit, per q̄d idem Nichola⁹ nup Archiep̄us in Rectoriam p̄dc̄am cum ptin̄ ad quam &c. inter alia intrauit, & fuit inde seis̄ in dn̄ico suo vt de feodo, in iure Archiep̄atus sui p̄dicti, Et sic inde seisit existen̄, idem Nichola⁹ postea, scilt primo die Octobr̄, anno Dn̄i 1555. apud p̄dictam Ciuitatem Ebor̄, per quoddam scriptū suum sigillo suo sigillat̄, geren̄ dat̄ eisdem die & anno, dedit & concessit cuidam Michaeli Gréene generos̄ primam & primā Aduocationem, donationem, p̄sentationem, liberamq; dispositionem Vicarie p̄dc̄e, cum primo & pror̄ extunc vacare contingeret, Ita q̄d bene liceret p̄fato Mich̄i et assign̄ suis ad Vicariam p̄dc̄am quandocunq; & qualitercunq;, p mortem, resignationem, priuationem, cessionem, permutationem, dimissionem, seu quocunq; alio modo primo & prim̄ vacare contingeret, vnū aliquem Cl̄icum honestum, idoneū, & literatū p̄sentare, ceteraq; oīa que ad P̄soni munus siue officium spectarent p̄ficere p h̄mōdi prima & prim̄ vacatione tantum, adeo plene & integre, sicut idem Archiep̄us faceret si scriptū p̄dictū minime fact̄ fuisset, quor̄ quidem doni & concession̄ p̄textu, idem Michael fuit de Aduocatione Vicarie predicte p predc̄a prima & prima vacatione eiusdē tantum possessionat̄, Et sic inde possessionat̄ existen̄, Vicaria p̄dicta vacauit per mortem p̄dicti Willi Webster, per q̄d p̄dc̄us Michael ad Vicariam illā sic vacan̄ p̄sentauit quendam Ric̄m Gréene Cl̄icum suum, qui ad presentationem ipsius Michaelis fuit admissus & institutus, in eadem, tempore pacis, t̄pore dn̄e Marie nuper Regine Angl̄, predc̄oq; Nicholao nup Archiep̄o de Rectoria p̄dc̄a cum pertin̄ ad quam &c. in forma p̄dicta seisit existent̄, idē Nichola⁹ de Archiep̄atu p̄dict̄ legitime & debito modo concurrentib⁹ hijs que in ea pte requirebantur, apud predictam Ciuitatem Ebor̄ depriuat̄ fuit, post quam quidē depriuationē eiusdē Nicholai nup Archiep̄i, quidam Thomas Yong in Archiep̄m Archiep̄at̄ p̄dict̄, apud p̄dc̄am Ciuitatem Ebor̄ debite elec⁹ & creatus fuit, p q̄d idem Thomas nup Archiep̄us in p̄dc̄am Rectoriam cum pertin̄ ad quam &c. intrauit, & fuit inde seisit in dn̄ico suo vt de feodo, in iure Archiep̄atus sui p̄dicti,

Grant del Rectorie p le Roy al Archeuesq; de Euerwicke.

Mor̄ seisie.

Nouel archeuesq; create.

Grant de procheine auoidance.

Presentmēt al Esglise.

Depriuatiō del Archeuesque.

Et sic inde seisit existens, idem Thomas nuper Archiep̄⁹, postea scilt primo die Maij ann̄ Dn̄i 1565. apud p̄dc̄am Ciuitatem Ebor̄, per quoddam scriptū suum sigillo suo sigillat̄, geren̄ dat̄ eisdem die & anno, dedit & concessit quibusdam Roberto Cholmley & Benedicto Cholmley generosis, primam & primā Aduocationem, donationem, p̄sentationem, liberamq; dispositionem Vicarie p̄dc̄e, cum primo & prim̄ extunc vacare contingeret, Ita q̄d bene liceret p̄fat̄ Roberto Cholmley & Benedc̄o, & assign̄ suis, ad Vicariā p̄dictam quandocunq;, quomodocunq;, & qualitercunq;, per mortem, resignationem, priuationem, cessionem, p̄mutationem, dimissionem, seu quocunq; alio modo, primo & prim̄ vacare contingeret, vnum aliquem Cl̄icum honestum, idoneum, & literatum p̄sentare, ceteraq; oīa que ad P̄soni munus siue officiū spectarent perficere p h̄mōdi prima & proxim̄ Aduocatione tantū, adeo plene & integre, sicut idem Archiep̄us faceret si scriptū p̄dictū minime factū fuisset, quor̄ quidē doni & concessionis p̄textu, ijdem Rob. Cholmley et Benedc̄us fuer̄ de Aduocatione Vicarie p̄dc̄e pro p̄dc̄a prima & prim̄ vacatione eiusdem possessionat̄, Et sic inde possessionat̄ existen̄, Vicaria predc̄a vacauit p mortem p̄dict̄ Richardi Gréene, per quod p̄dicti Robertus Cholmley & Benedc̄us ad Vicariam illā sic vacan̄ p̄sentauer̄ quendam Robertū Paley Cl̄icum suū, qui ad p̄sentationem p̄dc̄or̄ Roberti Cholmley & Benedicti fuit admissus & institut⁹ in eadem, tempore pacis, tempore dn̄e Regine nunc, p̄dictoq; Thoma Yong nup Archiep̄o de Rectoria p̄dc̄a cum pertin̄ ad quam &c. in forma p̄dicta seisit existen̄, idē Thomas nup Archiep̄us postea de tali statu suo apud p̄dictam Ciuitatem Ebor̄ obijt inde seisit, post cuius mortem quidam Ed̄us Grindall in Archiep̄m Archiep̄atus p̄dict̄ apud Ciuitatem Ebor̄ p̄dictam debite electus & creatus fuit, p q̄d idem Ed̄us nup Archiep̄us in predictam Rectoriam cum pertin̄ ad quam &c. intrauit, & fuit inde seisit in dn̄ico suo vt de feodo, in iure Archiep̄atus sui p̄dicti, Et sic inde seisit existen̄, idem Ed̄us nup Archiep̄us, postea scilt vicesimo die Maij, anno Dn̄i 1575. apud predictam Ciuitatē Ebor̄, per quoddam scriptum suū sigillo suo sigillat̄, geren̄ dat̄ eisdem die & anno, dedit & concessit p̄fato Adriano Stokes Armigero primam & primā Aduocationem, donationem, p̄sentationem, liberamq; dispositionem Vicarie p̄dicte, cum primo & proxim̄ extunc vacare contingeret, Ita q̄d bene liceret p̄fato Adriano, & assign̄ suis, ad Vicariam predictam quandocunq;, quomodocunq;, & qualitercunq;, p mortem, resignationē, priuationem, cessionem, p̄mutationem, dimissionem, seu quocunq; alio modo primo & prim̄ vacare contingeret, vnum aliquem Cl̄icum honestū, idoneum & literatū p̄sentare, ceteraq; oīa que ad P̄soni munus siue officiū spectarent p̄ficere p h̄mōdi prima & prim̄ vacatione tantū, adeo plene & integre, sicut idē Archiep̄us faceret si scriptū p̄dictū minime fact̄ fuisset, quor̄ quidem doni & concessionis p̄dict̄ p̄textu, idem Adrian⁹ fuit de Aduocat̄ Vicarie

Grant de procheine auoidance.

Archeuesq; mor̄ seisie.

Auter elect Archeuesq;

Grant de procheine auoidance.

p̄dc̄e

pdće p pdća prima & priñ vacatione eiusdē possessionat, Et sic inde possessionat existen, vicaria pdća vacauit p mortē pdicti Roberti Paley, per quod pdćus Adrianus Stokes ad vicariam illā sic vacañ presentauit pfatum Willm̃ū Grene clericum suum, qui ad presentationem ipsius Adriani fuit admissus et institut in eadem, tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc, predictoque Edmundo nuper Archiepiscopo de Rectoria predicta cum pertineñ ad quam &c. in forma pdća seisit existen, idem Edmundus nuper Archiepiscopus postea de sede sua Archiepiscopat Ebor in sedem Archiepiscopat Cant apud Lambeth in Comitat Surr debite translatus fuit ac Archiepiscopus Cant apud Lambeth predict debito modo creat & electus fuit, post quam quidem translationem predcī Edmūdi nup Archiepiscopi, quidam Edwinus Sands nuper Episcopus London de sede sua Epatus London in sedem pdicti Archiepat Ebor apud pdicta Ciuitatē Ebor translatus fuit ac Archiepiscopus Ebor debito modo electus & creatus fuit, per quod idem Edwinus nup Archiepiscopatus in predict Rectoriam cum pertiñ ad quā &c. intrauit et fuit inde seisit in dominico suo vt de feodo in Jure Archiepus sui pdci, Et sic inde seit existen idē Edwinus nup Archiep[9] de tali statu suo inde apud predictam Ciuitatem Ebor obijt inde seisit, post cuius mortem quidam Johannes Piers nup Episcopus Sarum in sedem predicti Archiepiscopatu Ebor apud pdictam Ciuitatem Eborum debite translatus fuit ac Archiepus Ebor ibidem debito modo electus et creatus fuit, p quod idem Johannes Piers nup Archiepus in pdcam Rectoriam cum pertineñ ad quam &c. intrauit et fuit inde seit in dñico suo vt de feodo in Jure nup Archiepatus sui predicti, Et sic inde seit existeñ idem Johannes Peirs nuper Archiepiscopus postea de tali statu suo apud predictam Ciuitatem Eborum obijt inde seit, post cuius mortem idem Matheus nunc Archiepiscop[9] Eborum, ac nuper Episcopus Dunelm̃ de sede sua Episcopat Dunelm̃ in sedem predcī Archiepiscopatus Eborū apud pdictam Ciuitatem Eborum debite translatus fuit, ac Archiepiscopus Eborum ibidem debito modo electus et creatus fuit, per qđ idem Matheus nunc Archiepiscopus in pdictam Rectoriam, cum pertinentijs, ad quam &c. intrauit et fuit et adhuc est inde seisit in dominico suo vt de feodo in iure Archiepiscopat sui predicti, Et sic inde seisit existeñ Vicaria pdicta vacauit per mortem predicti Willielmi Greene, per quod idem nunc Archiepiscopus Vicariam illam sic vacañ ante diem impetrationis breuis originalis dicte domine Regine nunc scilicet quarto die Maij anno regni dće domine Regine nunc quadragesimo secundo, apud predictam Ciuitatem Eborum contulit pfato Willielmo Crashawe Clerico suo et eum canonice institui et induci fecit in eadem, prout et bene licuit, Absq hoc qđ predća Francisca nuper Ducissā Suff. fuit seisit de aduocatione Vicarie Ecclesie predće vt de vno grosso per se prout dicta domina Regina nunc per narrationem suam predćam superius suppoñ, Et hoc parat est verificare, vnde pet iuditium si dicta domina Regina nunc actionem suam predictam versus eum habere debeat &c.

Presentmēt al Esglise.

Euesque translate al Archeuesque.

Trauers le seisure del aduowson.

Et predictus Attornat dicte dñe Regiñ nunc generalis qui &c. quoad pdict placitum predicti Archiepi Eborum, superius in barram pītatū dit, quod placitum illud ac materia in eodē placit content minus sufficieñ in lege existunt ad dictam dominam Reginam nunc ab actioñ sua predicta versus ipsum Archiepum habend pcludend, quodq ipse ad pītum illud modo & forma pdictis placitatum, necesse non habet nec per legem terre tenetur respondere, Et hoc idem Attornatus dće dñe Regine, pro eadem dña Regina parat est verificare, vnde pro defcu sufficieñ pīti predicti Archepi Ebor in hac parte, idem Attorñ dće dñe Regine generalis pro eadm dña Regina pet iudcium et breue Archiepo &c. Et quoad predictum placitum predcī Willielmi Crashawe superius in barram pītatum, Idem Attornatus gen̄alis qui &c. pro eadem domina Regina nunc dit, quod pdća dña Regina nunc per aliqua in eodem placito pallegata ab actione sua predicta versus prefatum Williemum Crashawe habend precludi non debet, quia protestando quod predćus Willielmus nup Abbas nup dissolut Monastery beate Marie iuxta muros Ciuitatis Eborum, non fuit seisitus de pđ Rectoria impropriat de Agnes Burton predict, prout pdicus Wilĺus Crashaw supius allegauit, protestando etiam quod predict Vicaria nō pertinuit nec adhuc pertinet pđ Rectorie de Agnes Burton, prout predict Wilĺus Crashawe similiter supius allegauit, protestando etiam quod predćus Robertus nup Archiepus non fuit seitus de Rectoria predicta, cum pertinentijs, prout predict Willielmus Crashawe similiter allegauit, protestando etiam quod pred Nicholaus nup Archiepus non concessit prefato Michaeli Greene primam et proximam aduocationem Vicarie predće, prout pdictus Willielm[9] Crashawe similiter supius allegauit, pro pīto dic quod predictus Thomas nup Arciepus non concessit predcīs Roberto Cholmley et Benedicto Cholmley predćam primam et proximam aduocationem Vicarie predict, modo et forma prout predict Williemus Crashawe superius allegauit, Et hoc idem Attornat dće dñe Regiñ generalis pro eadem dña Regina petit quod inquiratur per patriam &c.

Demurrer al barre del Ordinarie.

Replication al barre del parson.

Protestando.

Ne granta pas le procheine auoidance.

Et pdict Archiepus Eborum ex quo ipse sufficient materiam in lege ad pdictam dominam Reginam nunc ab accone sua predict vers ipsū Archiepum habend precludend supius allegauit quam ipse parat est verificare, quam quidem materiam predictus Attornat dicte dñe Regine nunc pro eadem dña Regina non dedicit, nec ad eam aliqualiter respondet, set verificationem illam admittere omnino recusat, petit iuditium, et quod dicta domina Regina nunc ab actione sua predicta versus eum habend precludatur &c.

Joyner en demurrer p le Ordinarie.

Et

Demurrer sur le replication,

Et predictus Willielmus Crashawe dicit, quod predictum placitum pdicti Attornati dicte domine Regine nunc pro eadem domina Regina superius replicand placitat ac materia in eodem content minus suffic in lege existunt ad ipsam dominam Reginam nunc actionem suam predictam vers ipsum Willielmū Crashawe habend manutenend, quodq; ipse ad placitum illud modo & forma pdict placitatum necesse non habet nec per legē terre tenetur respond, Et hoc parat est verificare vnde pro defect sufficien plit pred Attorñ generalis qui &c. in hac parte idē Willielmus pet iuditium, Et quod pdict domina Regina nunc ab actione sua pd vers eum habend precludatur &c.

Ioinder en demurrer

Et pd Attorñ dcē dñe Regine nunc ex quo ipse suffic materiam in lege ad actionē dcē dñe Regine pd vers pfat Willielmū Crashawe habēd manutenend pro eadem dña Regiñ supius allegauit, quam ipse p eadem dña Regina nunc parat est verificare quā qdem matiam pd Willielm⁹ Crashawe non dedit nec ad eam aliqualit respōd, set verificationē illā admitte oino recusat pet iuditium, Et bre Archiepo &c. Et qa Iustic hic se aduisare volunt de & sup oibus & singulis pmissis pd priusquā iuditiū inde reddant dies dat est tam pfato Attorñ dcē dñe Regine genali qui &c. quā pfat nunc Archiepo Ebor & Willielmo Crashawe hic vsq; in Octab; scti Mich. de audiend inde iudic suo eo quod iidem Iustic hic inde nondum &c. [Et sic de termino in terminum, vsq; in Octab; sanctę Triñ prox.] Ad quem diē hic veñ tam pred Edward Coke Attorñ dcē dñe Regine genalis qui &c. in ppria psona sua quā pd Archipus Ebor & Willielm⁹ Crashawe p Attorñ suū pd, Et sup hoc, viso tam pd plit pd Archiepi Ebor supius in barr placitat, quā pdict plit pd Attorñ dcē dñe Regine genalis pro eadē dña Regina ad barr pd Willielmi Crashawe supius replicand plitat & p Iustic hic pleni⁹ intellectis, videt eisdē Iustic hic quod pd plitum pd nunc Archiepi Eborum superius in barram placitat ac matia in eadē content min⁹ sufficien in lege existunt ad dictam dominam Reginam nunc ab actione sua predicta vers ipsum Archiepiscopum habend precludend prout predict Edwardus Coke qui &c. superius allegauit, Et q pd plit pred Attorñ dcē dñe Regine genalis pro eadem dña Regina nunc ad barram pd Willielmi Crashawe supi⁹ replicando plitat ac materia in eadem content suffic in lege existunt ad ipsam dñam Reginam actionē suam pred vers ipsū Willielmū Crashawe habēd manutenend put Edw. Coke qui &c. silr supius allegauit, Ideo cons est quod pd dña Regina nunc recupet vsus pfat Archiepum Ebor & Willielmū Crashawe psent suā ad vicar pd, Et quod habeant breue Iohanni Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primati et Metropolitano eo quod predictus nunc Archiepiscop⁹ Eborum est pars et nominatur in breui predicto quod non obstañ reclamatione ipsius Archiepiscopi Eborum et predicti Willielmi Crashawe licet idē Willielmus Crashawe ad eandem Vicariam admissus institutus & inductus existit ipsum Willielmum Crashawe ab eadem Vicaria amoueat, & ad vicariam predictam ad prestationem dicte domine Regine nunc idoneam personā admittat, Et predicti Archiepiscopus Ebor & Willielm⁹ Crashawe in mia &c. Triñ 43. Eliz. in cōmuni banco Rot 3518.

Barre del ordinarie insufficient

Replication sufficient.

Iudgement p le Roigne.

13 Buck. ss. Willielmus Episcop⁹ Lincolñ, Robert⁹ Ley, & Beniaminus Morrice clericus sumō fuerunt ad respondend Henr Salusburie clerico de placito quod permittant ipsum presentare idoneam personam ad Ecclesiā de Bechampton que vacat & ad suam spectat donationem &c. Et vnde idem Henr per Iohannem Nichols Attorñ suum dic, quod quidē Nichūs Throgmorton miles & quidam Thomas Pigot Armig fuerunt insimul & pro indiuiso seisit in communi de aduocatione Ecclesie pred vt de vno grosso p se vt feodo & iure, videlicet idem Nich. ad presentand ad eandem Ecclesiam vacañ quolibet primo turno, Et pdictus Thom Pigot ad presentand ad eandem Ecclesiam vacātem quolibet secundo turno, Ipsisq; Nicholao & Thoma sic inde seisit existeñ predictus Nich. ad Ecclesiam predictam vacañ presentauit ipsū Henricum clericum suum, qui ad presentationē ipsius Nich. fuit admissus & institutus in eadē tempore pacis tēpore domine Regine nunc, Ipsisque Nich. & Thoma Pigot de aduocatione pdicta in forma predicta seisit existeñ, Ecclesia pdicta per resignationē ipsius Henr Salusburie vacauit, per quod predictus Thomas Pigot in turno suo ad eandem Ecclesiam sic vacañ presētauit quendam Matheum Pigot clericum suū qui ad presentationem dicti Thome Pigot fuit admissus & institutus in eadem, tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc, dictisque Nich. & Thoma Pigot de aduocatione Ecclesie predicte in cōmuni sic vt prefertur seisit existeñ idem Nich. postea scilicet vicesimo primo die Iulij anno regni dcē domine Regine nunc vndecimo apud Bechampton predictam per quoddam scriptum suum quod idem Henr sigillo predicti Nich. signat hic in cur profert, cuius dat est eisdem die & anno, concessit idem Henr primam & proximam aduocationem Ecclesie predicte cū primo et pr. tunc vacare cōtingeret, virtute cuius concessionis idem Henr fuit de aduocatione Ecclesie predicte pro predict prima & proxim vacatione eiusdem possessionat, Ipsoq; Henr sic inde possessionat existeñ Ecclesia pdict p mortem predicti Mathei Pigot vacauit, Et adhuc vacans existit. Que quidem vacatio Ecclesie predicte p mortem predicti Mathei, est prima et proxima vacatio Ecclesie illius post concessionem predictam per prefat Nich. eidem Henrico inde in forma predicta factam, Et ea ratione ad ipsum Henr ad Ecclesiam illam sic vacantē ad presens pertinet presentare, Et predicti Episcopus Robertus & Beniaminus ipsum iniuste impediunt, vnde dicit quod deteriorat est, Et dampnum habet ad valentiam ducentarum librarum, Et inde produc sectam &c.

Sur grant de procheine auoidance p vn tenāt in common

Tenants in common dl aduowson.

Presentmēt al esglise

Void presignation.

Grant de procheine auoidance al plaintife p vn tenāt en commō.

Et predicti Episcop⁹, Robertus Ley & Beniaminus

Barre del Ordinarie.

iaminus per Simonem Wyseman attorñ suum veñ et defenđ vim & iniur̃ quando &c. Et idẽ Episcopus dic̃ quod p̃dc̃us Henr̃ actionem suam p̃dc̃am v̄sus eum habere non debet quia dic̃ qđ bene et verũ est quod p̃dict Nicholaus Throgmorton miles, et Thomas Pigot fuer̃ insimul et pro indiuiso seisit in communi de aduocatione Ecclesie predicte vt de vno grosso per se vt de feodo et iure, videlicet, idem Nicholaus ad p̃sentanđ ad eandem Ecclesiam vacant quolibet primo Turno, Et predictus Thomas Pigot ad p̃sentanđ ad eandẽ Ecclesiam vacañ quolibet secundo Turno prout predictus Henr̃ per narrationem suam predictam superius suppoñ, Set idem Episcopus vlterius dic̃ quod predictis Nicholao et Thoma Pigot de aduocatione Ecclesie predicte in forma predicta seisit existeñ eadẽ Ecclesia per mortem Rici Louel vacauit, per quod ad predictum Nicholaum tunc pertinuit presentare vt in Turno suo & predictus Thomas Pigot in eodem Turno predicti Nicholai ad Ecclesiam ill̃ sic vacañ vsurpanđ super predictum Turnum ipsius Nicholai presentauit prefat Matheum Pigot Clericum suum, qui ad presentationem ipsius Thome Pigot fuit admissus et institut in eadem, tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc, p̃dictusq; Thomas Pigot de aduocatione Ecclesie predicte insimul et pro indiuiso cum prefato Nicholao in cõmuni vt de vno grosso per se vt de feodo & iure in forma predicta seisit existeñ apud Bechampton predictam de tali statu suo obiit inde seisit, post cuius mortem eadem aduocatio Ecclesie predicte descenđ cuidam Georgio Pigot vt filio et heređ predicti Thome Pigot, per quod idem Georgius fuit seisit de eadem aduocatione Ecclesie predicte insimul et pro indiuiso in cõmuni cum prefato Nicholao vt de vno grosso per se vt de feodo & iure, et sic inde seit existeñ idem Georgius decimo die Maij anno regni dicte domine Regiñ nũc tricesimo octauo apud Bechampton p̃dictam per quoddam scriptum suum quod idẽ Epũs sigillo p̃d Georgij signat hic in Cur̃ pfert cuius dat est eisdẽ die & anno concessit pf. Roberto Ley primam et proxim̃ aduocationem Ecclesie predicte cum primo et proxim̃ vacare contingeret, virtute cuius concessionis idẽ Robertus Ley fuit de aduocatioñ Ecclesie predicte pro prima et proxima vacatione eiusdem possessionat[9], Ipsoq; Roberto Ley sic inde possessionat existeñ Ecclesia predicta per mortem predicti Mathei vacauit, Que quidem vacatio Ecclesie predicte per mortem predicti Mathei fuit prima et prim̃ vacatio eiusdem Ecclesie post concessionem p̃dict p prefat Georgium p̃dicto Roberto Ley inde in forma p̃dc̃a factam, p quod idẽ Robert Ley ad Eccliam p̃dictam sic vacañ presentauit prefat Beniaminum Clericum suum, virtute concession; predicte sibi vt prefertur facte, qui ad p̃sentationem predicti Roberti Ley fuit admissus et institutus in eadẽ & inde ad presens Parsoñ impersonat existit, Absq; hoc quod predictus Henricus ad presentationem predicti Nicholai fuit admissus et institutus in Ecclesia predicta, prout predictus Henricus per narrationem suam predictam superius suppoñ, Et hoc parat est verificare, vnde pet iuditium si predict Henricus actionem suam predc̃am versus eum habere debeat &c.

Vsurpation.

Grant de prochein auoidance.

Lesglise se voida.

Trauers le admission & institution del incumbent.

Et predict Robertus Ley dic̃, quod predictus Henricus actionem suam predictam versus eum habere non debet, quia dic̃ qđ diu ante predictũ tempus quo supponitur predict Henr̃ fuisse presentat ad Ecclesiam predictam, et ante predc̃am vacationem Ecclesie illius in narratione predc̃a primo supposit, predicti Nicholaus et Thomas Pigot fuerunt insimul et pro indiuiso seisit in communi de predicta aduocatione Ecclesie predicte vt de vno grosso per se vt de feodo et iure, videlicet idem Nicholaus ad presentanđ ad eandem Ecclesiam vacañ quolibet primo turno, Et predc̃us Thomas Pigot ad presentanđ ad eandem Ecclesiã vacañ quolibet altero turno, Set idem Robertus Ley dic̃, quod ipsis Nicholao et Thoma Pigot sic inde seisit existeñ ante vacationem predictam in narratione predicta primo spec̃ Ecclesia predicta vacauit per mortem cuiusdam Thome Allen tunc vltim̃ incumbeñ in eadem, per quod ad predictum Nicholaum adtunc vt in turno suo ad Ecclesiam illam sic tunc vacant presentare pertinuit, eademq; Ecclesia sic per mortem predc̃i Thome Allen vacañ existeñ remanß vacua per spatium sex mensium tunc proxim̃ sequeñ, per quod Thomas tunc Episcopus Lincolñ loci illius Ordinarius in eodem tunc turno predicti Nicholai, et in defectu presentationis ipsius Nicholai post lapsum sex mensium a predicto tempore vacationis Ecclesie illius Ecclesiam illam tunc vacañ contulit cuidam Richardo Louell Clerico, qui quidem Richardus Louell ad et in Ecclesiam predictam ex collatione predicta institutus et inductus fuit, Postea; Ecclesia illa per mortem predicti Richardi Louell vacauit que fuit eadem vacatio vnde in narratione predicta primo fuit mentio, post cuius quidem Richardi Louell mortem predictus Nicholaus ad Ecclesiam predictam sic vacañ vsurpanđ super predictum Thomam Pigot ad Ecclesiam predictam presentauit predictum Henric Salusburie Clericum suum in turno predc̃i Thome Pigot, qui ad presentationẽ ipsius Nicholai fuit admissus et institutus in eadem, tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc, prout predictus Henricus per narrationem suam predc̃am superius suppoñ, Posteaq; Ecclesia predicta per predict resignationem predicti Henrici vacauit, Super quo predictus Thomas Pigot ad Ecclesiam illam sic tunc vacañ prefat Matheum Pigot Clericum suum in turno predc̃i Nicholai vsurpanđ presentauit, qui ad presentationem ipsius Thome Pigot fuit admissus et institutus in eadem tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc, predictusq; Thomas Pigot de medietate aduocationis Ecclesie predicte insimul et pro indiuiso in comuni cum prefat Nicholao vt de vno grosso per se vt de feodo et iure in forma predicta & ad presentanđ ad Ecclesiam predictam

Barre del Patron

Collation per laps,

Vsurpation,

Void per resignation

dictam in forma predicta seisit existens, apud Bechampton predictam de tali statu suo obyt inde seisit, post cuius mortem medietas aduocationis Ecclesie predicte descend prefat Georgio Pigot, vt filio & hered predicti Thome Pigot, per quod idem Georgius fuit seisit de eadem medietate aduocationis Ecclesie predicte insimul & pro indiuiso in communi cum prefat Nicholao vt de vno grosso per se vt de feodo & iure, ad presentand ad Ecclesiam predictam qualibet altera vice vt prefertur, Et sic inde seisit existens, idem Georgius predicto decimo die Martij anno regni predicte domine Regine nunc tricesimo octauo supradicto, apud Bechampton predictam per predictum scriptum suum quod idem Robertus Ley sigillo predicti Georgij signat hic in Cur profert, cuius dat est eisdem die et anno, concessit eidem Roberto Ley primam et proximam aduocationem Ecclesie predicte cum primo et proxim tunc vacare contingeret, virtute cuius concessionis idem Robertus Ley fuit de aduocatione Ecclesie predicte pro prima et proxima vacatione eiusdem possessionat, Ipsoque Roberto Ley sic inde possessionat existen, Ecclesia predicta per mortem predicti Mathei vacauit, Que quidem vacatio Ecclesie predicte per mortem predicti Mathei fuit prima et proxima vacatio eiusdem Ecclesie post concessionem predictam per prefat Georgium eidem Roberto Ley inde modo et forma predictis factam, per quod idem Robertus Ley ad Ecclesiam predictam vacan presentauit prefat Beniaminum clericum suum, prout ei bene licuit, qui ad presentationem ipsius Roberti Ley fuit admissus & institutus in eadem, & inde ad presens Parsona impersonat existit, Absque hoc quod predicta presentatio predicti Henrici per prefat Nicholaum ad Ecclesiam predictam sic vt prefertur factam fuit in turno predicti Nicholai, prout predictus Henricus per narrationem suam predictam superius supponit, Et hoc paratus est verificare, vnde petit iuditium si predictus Henricus actionem suam predictam versus eum habere debeat &c.

Discent del moitie del Aduowson.

Grant del procheine auoidance.

Trauers que le presentment fuit fait en turne.

Et predictus Beniaminus dicit, quod ipse est Parsona predicte Ecclesie de Bechampton impersonat in eadem ex presentatione predicti Roberti Ley, quodque predictus Henricus actionem suam predictã versus eum habere non debet, Quia dicit, quod diu antiquam predictus Thomas Pigot aliquid habuit in predicta aduocatione Ecclesie predicte, quidam Robertus Pigot fuit seisit de predicta aduocatione Ecclesie predicte, vt de vno grosso per se vt de feodo & iure, Et sic inde seisit existens, ad Ecclesiam predictam vacan presentauit quendam Thomã Allen clericum suum, qui ad presentationem ipsius Roberti fuit admissus & institutus in eadem, tempore pacis, tempore domini Philippi et domine Marie nuper Regis & Regine Anglie, predictusque Robertus Pigot de aduocatione predicta vt de vno grosso per se vt de feodo et iure in forma predicta seisit existens, apud Bechampton predictam de tali statu suo obijt inde seisit, post cuius mortem eadem aduocatio Ecclesie predicte descend prefat Thome Pigot vt filio & hered predicti Roberti, per quod idem Thomas Pigot fuit seisit de predict aduocatione Ecclesie predicte vt de vno grosso per se vt de feodo & iure, ipsoque Thoma Pigot sic inde seisit existen Ecclesia predict postea per mortem predicti Thome Allen vacauit & per spacium sex mensium proxim post mortem eiusdem Thome Allen vacans remansit, Et pro eo quod predictus Thomas Pogot nec aliquis alius infra eosdem sex menses proxim post mortem predicti Thome Allen non presentauit aliquam idoneam personam ad Ecclesiam illam quodam Thoma adtunc Episcop Lincoln loci illius ordinario existen, idem Episcopus Lincoln Ecclesie predicte Ordinarius post predictos sex menses a tempore mortis pred Thome Allen elaps. propter lapsum temporis sibi in forma predicta diuolut, postea scilicet nono die Marcij anno regni dicte domine Regine nunc primo eandem Ecclesiam contulit prefat Richardo Louell Clerico suo, ipsumque Richardum Louell in real & corporal possessione inde poni et induci fecit, predictusque Thomas Pigot de aduocatione predicta in forma predicta seisit existen primo die Aprilis anno regni dicte Domine Regine nunc quinto apud Bechampton predictam per quodaam scriptum suum sigillo suo sigillat ac gerens dat eisdem die & anno dedit et concessit quibusdam Francisco Pigot generoso & Willielmo Saunders generoso predictam aduocationem Ecclesie predicte, habend eis & heredibus suis imperpetuum ad opus & vsum predicti Thome Pigot pro termino vite sue, Et post eius decessum ad vsum predict Georgij Pigot et hered de corpore suo legitime procreat, Et pro defectu talis exitus ad vsum rectorum hered predicti Thome Pigot imperpetuum, virtute quorum quidem doni et concessionis necnon vigore cuiusdam actus de vsibus in possessionem transferend in parliamento Domini Henrici nuper Regis Anglie octaui apud Westmonasterium in Comitatu Middlesex. quarto die Februarij anno regni sui vicesimo septimo tent edit & prouis, predictus Thomas Pigot fuit seisit de aduocatione Ecclesie predicte vt de vno grosso per se vt libero tenemento & iure pro termino vite sue, remanere inde post eius decessum prefat Georgio Pigot & hered de corpore suo legitime procreat, remanere inde pro defectu talis exitus rectis hered predicti Thome Pigot spectan, predictusque Thomas Pigot sic inde seisitus existens primo die Aprilis anno regni dicte Domine Regine nunc septimo apud Bechampton predictam per quoddam scriptum suum sigillo suo sigillat gerensque dat eisdem die & anno, concessit prefat Nicholao Throgmorton Militi primam et proxim aduocationem Ecclesie predicte cum primo & proxim tunc vacare contingeret, virtute cuius concessionis predictus Nicholaus fuit de aduocatione Ecclesie predicte pro prima et proxim vacatione eiusdem possessionat,

Barre del Parson.

Presentment al Esglise.

Discent del aduowson.

Le ordinary collate per laps.

Grant del aduowson al vses dun pur vie rem in taile, rem in fee.

Grant del prochein auoidance,

sionat, Ipsoq; Nicholao sic inde possessionat existen, Ecclesia predicta per mortem predicti Richardi Louel vacauit, que quidem vacatio Ecclesie predicte per mortem predicti Richardi Louel fuit prima et proxim vacatio Ecclesie illius post concessionem predictam p prefat Thomam Pigot predict Nichol inde in forma predicta factam per quod idem Nicholaus ad Ecclesiam predictam vacan presentauit prefat Henr Clericum suum qui ad presentationem ipsius Nicholai fuit admissus et institut in eadem tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc,

Void per resignation

Postea; Ecclesia predicta per liberam resignationem predicti Henr vacauit, per quod predict9

Presentmēt al Esglise.

Thomas Pigot ad Ecclesiam predictam sic vacan presentauit prefat Matheum Pigot Clericum suum, qui ad presentationem ipsius Thome Pigot fuit admissus et institutus in eadem, tempore pacis tempore dicte domine Regine nunc, predictusq; Thomas Pigot de aduocatione predicta in forma predicta seisit existens apud Bechampton predictam de tali statu suo inde obiit inde seisit, post cuius mortem Ecclesia pre-

Remainder en taile execute.

dicta remansit prefat Georgio et hered de corpore suo legitime procreat, per quod idem Georgius fuit et adhuc et seisit de predicta aduocatione Ecclesie predicte vt de vno grosso per se vt de feodo talliato & iure, videlicet, sibi et hered de corpore suo legitime procreat remanere inde vlterius sic vt prefertur spectan, Et sic inde seisit existen idem Georgius predicto decimo die Maii anno regni dicte domine Regine nunc tricesimo octauo supradicto apud Bechampton predictam per predictum suum quod idem Beniaminus sigillo predicti Georgii signat hic in Cur profert cuius dat est eisdem die et anno

Grant de procheine auoidance.

concessit prefat Roberto Ley primam et proxim aduocationem Ecclesie predicte cum primo et proxim tunc vacare contingeret, virtute cuius concession predictus Robertus Ley fuit de predicta aduocatione Ecclesie predicte pro prima et proxim vacatione eiusdem possessionat, Ipsoq; Roberto Ley sic inde possessionat existen Ecclesia predicta per mortem predicti Mathei Pigot vacauit, que quidem vacatio Ecclesie predicte per mortem predicti Mathei fuit prima et proxima vacatio Ecclesie illius post concessionem predictam per prefat Georgium eidem Roberto Ley inde in forma predicta factam, per quod idē

Present al Esglise.

Robertus Ley ad Ecclesiam predictam sic vacan presentauit ipsum Beniaminum Clericum suum, qui ad presentationem dicti Roberti Ley fuit admissus institutus et inductus in eadem, Et inde persona impersonat in eadem ad psens existit, Absq; hoc quod tempore presentationis

Trauers le seisin in cōmon.

predicte Henric Salusburie ad Ecclesiam predictam predicti Nicholaus et Thomas Pigot fuerunt seisit insimul et pro indiuiso in communi de predicta aduocatione Ecclesie predicte modo et forma prout predictus Henric per narrationem suam predictam superius suppon, Et hoc paratus est verificare vnde petit iuditium si predictus Henric actionem suam predictam versus eū habere debeat &c. cum hoc quod idem Beniaminus verificare vult quod predictus Georgius adhuc superstes et in plena vita existit, videlicet, apud Bechampton predictam &c.

Replication al barre del Ordinarie, & issue prist sur le trauers.

Et predictus Henric quoad predictum placitum predicti Episcopi superius in barram placitū dic quod ipse per aliqua in eodem placito preallegat ab actione sua predicta versus ipsum Episcopum habend precludi non debet, quia vt prius dic quod ipse idem Henric ad presentationem predicti Nicholai fuit admissus et institutus in Ecclesia predicta prout ipse per narrationem suam predictam superius suppon, Et hoc paratus est verificare vbi & quando ac prout Cur Regine hic cons, Et predictus Episcopus simili &c.

Demurrer sur le barre del patron.

Et quoad predictum placitum predicti Roberti Ley superius in barram placitat idem Henric dic quod placitum illud modo et forma predictis placitat ac materia in eodem placito content minus sufficien in lege existunt ad ipsum Henric ab actione sua predicta versus prefat Robertum habend, precludend, quodq; ipse ad placitum illud modo et forma predictis placitatum necesse non habet nec per legem terre tenetur respondere, Et hoc paratus est verificare vnde pro defectu sufficien placiti predicti Roberti Ley in hac parte idem Henric pet iuditium versus prefat Robertum Ley et breue Episcopo &c. vna cum dampnis &c. sibi adiudicari &c.

Replication al barre del parson & issue prise sur le trauers.

Et quoad predictum placitum predicti Beniamini superius in barram placitat idem Henric dic quod ipse per aliqua in eodem placit preallegat ab actione sua predicta versus ipsum Beniaminum habend, precludi non debet, quia vt prius dic quod tempore presentationis ipsius Henric ad Ecclesiam predictam predicti Nicholaus et Thomas Pigot fuerunt seisit insimul et pro indiuiso in communi de aduocatione Ecclesie predicte modo et forma prout idem Henric per narrationem suam predictam superius suppon, Et hoc pet quod inquirat p patriam, Et predictus Beniaminus simili &c.

Joinder en demurrer per le patron.

Et predictus Robertus Ley ex quo ipse sufficien materiam in lege ad predictum Henric ab actione sua predicta versus ipsum Robertum habend, precludend, superius allegauit quam ipse parat est verificare, quam quidem materiam predictus Henric non dedic nec ad eam aliqualit respond set verificationem illam admittere omnino recusat pet iuditium & quod predictus Henric ab actione sua predicta versus ipsum Robertum habend, precludatur &c.

Aduisare volunt.

Et quia Justic hic se aduisare volunt de & super predicto placito predicti Roberti Ley priusquam iuditium inde reddat, dies inde dat est predict Henric et Roberto Ley hic vsq; a die Pasche in quinq; septimanas de audiend inde iuditio suo, eo quod ydem Justic hic inde nondum &c. Et quoad triand predictum exitum int predictum Henric et prefat Beniaminum per patriam triand superius iunct, prec est vic quod venire fac hic ad prefat terminum duodecim &c. per quos &c. Et qui nec &c. Ad recogn &c. Quia tam &c.

Et

Triall del admission & institution per le superior ordinarie.

Et quoad triand predictum exitum inter predictum Henricum & prefat Episcopum iunct pro eo quod triatio & cognitio erit illius ad forum spectat Ecclesiastici cum & ibidem triari & abinde Justic hic certificari debeat. Et pro eo quod predictus Episcopus est pars & nominatur in breui predicto, Ideo mandatum est venerabili in Christo patri Johanni prouidencia Diuina Cantuarien Archiepiscopo totius Anglie Primat & Metropolitano quod vocat coram se in hac parte vocandis actoque inde quod ad officium suum pastorale pertinet in hac parte constare fac Justic hic ad prefat terminum vtrum predictus Henricus ad presentationem predicti Nichol fuit admissus & institutus in Ecclesia predicta prout ipse per narrationem suam predictam superius suppon necne. Idē dies inde datus est tam predicto Henric quam prefat Episcop hic &c. Ad quem diem hic ven tam predictus Henricus quam predicti Episcopus Robertus Ley & Beniaminus per Attornatos suos predictos, Et quia Justic hic vlterius se aduisare volunt de & super predicto placito vnde predicti Henricus & Robertus Ley superius morantur in lege priusquam iuditium inde reddant, dies datus est eisdem Henric & Roberto hic vsque in Crastino Sancte Trinitatis de audiendo inde iuditio suo, eo quod ijdem Justic hic inde nondum &c. Et quoad triand predictum exitum inter predictum Henricum et pref. Beniaminum per patriam triand superius iunct vic non miss breue, Ideo sicut prec est vic quod venire fac hic ad prefat termin duodecim &c. Ad recogn in forma predicta &c. Et quoad triand predictum exitum inter predictum Henricum et prefat Episcopum in forma predicta superius iunctum predictus Archiepiscopus non miss inde mandatum suum nec aliquid inde fec, Ideo sicut prius mandat est eisdem Archiepiscopo qd vocat coram se in hac parte vocandis actoque inde quod ad officium suum pastorale pertinet in hac parte constare fac hic ad prefat termin in forma predicta &c. Idem dies inde datus est tā predicto Henric quam prefat Episcopo hic &c. Pasche 43. Elizab. in communi Banco, Rotulo 957.

Mandate al Archeuesq; — *Continuance.* — *Continuance del Mandate al Archeuesque.*

Per heire sur seisin del pier. — *Procheine amy.*

14 Ved. A. Nicholaus Episcopus Lincoln et Johānes Price alias Apprice Clericus summ fuerūt ad respondendum Edmundo Fettyplace Armigero de placito quod permittāt ipsum Edmundum presentare idoneam personam ad Ecclesiam de Barkeford alias Barford que vacat et ad suam spectat donationem &c. Et vnde idem Edmundus per Edmundum Ashfeild qui admissus est per cur Regine hic ad prosequend pro eodem Edmundo infra etatem existen vt proxim amicus eiusdem Edmundi dic quod quidam Willielmus Fettiplace armiger pater predicti Edmundi nuper fuisset seisitus de manerio de Barkeford alias Barford cum pertinentijs in comitatu predicto ad quod aduocatio Ecclesie predicte pertinet in dominico suo vt de feod', Et sic inde seisit existen ad Ecclesiam illam vacantem presentauit quendam Georgium Wallye alias Wallys Clericum suum qui ad presentationem ipsius Willielmi fuit admissus & institutus in eadem tempore pacis tempore domine Regine nunc, predictusque Willielmus postea de tali statu suo de & in manerio predicto cum pertinentijs ad quod &c. obijt seisitus, post cuius mortem manerium predictum cum pertinentijs ad quod &c. descendebat eidem Edmundo vt filio et heredi predicti Willielmi, per qd idem Edmundus in manerium predictum cum pertinentijs ad quod &c. intrauit & fuit inde seisitus in dominico suo vt de feodo, Et sic inde seisit existen Ecclesia predicta vacauit per priuationem predicti Georgij et adhuc vacans existit, Et ea ratione ad ipsum Edmundum idoneam personam ad Ecclesiam predictam ad presens pertinet presentare, Et predicti Episcopus et Johannes ipsum iniuste impediūt, vnde dic quod deteriorat est, Et dampnum habet ad valentiam centum librarum, Et inde producit sectam &c.

Discent. — *Void per priuation.*

Leuesque claime riens forsque come Ordinarie.

Et predicti Episcopus & Johannes Price per Johannem Cobbe attornatum suum ven, Et defend vim & iniuriam quando &c. Et idem Episcopus dic quod ipse nihil habet nec habere clamat in Ecclesia predicta neque in aduocatione eiusdem nisi admissionem institutionem & destitutionem personarum ad Ecclesiam predictam vt Ecclesie illius ordinarius, Et hoc paratus est verificare, vnde petit iuditium si predictus Edmundus absque speciali impedimento in persona ipsius Episcopi in hac parte assignand actionem suam predictam versus eum habere debeat &c. Et predictus Johannes Price dic quod Ecclesia predicta est plena et consulta de eodem Johann Price ad presentationem Domine Regine nunc & fuit die impetrationis breuis originalis ipsius Edmundi, scilicet vicesimo octauo die Maij anno regni Domine Regine nunc decimo & per sex menses tunc prox. preceden, Et hoc paratus est verificare vnde petit iuditiū de breui predicto &c.

Barre del Parson que Leglise est pleine al presentmēt del Roigne

Et predictus Edmundus quoad predictum placitum predicti Episcopi superius placitat, et quo idem Episcopus nihil habere clamat in Ecclesia predicta neque in aduocatione eiusdem nisi admissionem institutionem & destitutionem personarum vt Ecclesie illius Ordinarius, pet iuditium, Et breue eidem Episcopo &c. Ideo cons est quod predictus Edmundus recuperet versus prefatum Episcopum presentationem suam ad Ecclesiam predictam, Et habeat breue eidem Episcopo, quod non obstāte reclamatione ipsius Episcopi idoneam personam ad Ecclesiam illam ad presentationem ipsi9 Edi admittat &c. Set cesset inde executio quousq; placitum predictum inter eundem Edmundum & prefatum Johannem terminetur &c. Et quoad predictum placitum predicti Johann superius placitatum idem Edmundus dic quod Ecclesia predicta non fuit plena & consulta de p̄dict Johanne Price ad presentationem dicte domine Regine nunc per sex menses proxim precedentes ante predictum diem impetrationis breuis origina-

Judgement vers Leuesque. — *Issue ioyne sur le plea del Parson que Leglise ne fuit pleine.*

